




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nonni poetæ Panopolitani, In euangelium sancti Ioannis
Paraphrasis Græca**

Nonnus <Panopolitanus>


Paris, 1542


[urn:nbn:de:hbz:466:1-69505](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69505)



34

Th. 5834.





Nonni poetæ

PANOPOLITANI, IN
euangelium sancti Ioannis Para-
phrasis Græca, à Christophoro
Hegendorphino Latina facta.

*Habent in hoc libello sacris initiati opti-
mum exemplum tractandæ sacræ
scripturæ ueterum orthodoxorū.*



PARISIIS.

*Exemplaria prostant apud Iacobum Bogar-
dum, sub insigni diui Christophori è
regione gymnasij Cameracensis.*

1 5 4 2

VITA NONNI EX SVIDA.

Ἰσέορ ὃ ὡς ἔστι Νόννῳ Ὁ κύριον, Πανοπολί-
της ἐξ Αἰγύπτου, λογιώτατος ὁ ἐν τῷ παρθέ-
νον θεολόγον παραφράσας δι' ἐπῶν.

Nonnus Panopolitanus ex Aegypto fuit, uir di-
sertissimus, hic et in Virginem Theologum uersi-
bus heroicis paraphrasin conscripsit.

Hæc ille.

Porro, Stephanus in Catalogo urbium Panos Ae-
gypti urbem esse scribit.

Scipionis Carteromachi Epigramma
in Nonnum.

Qui prius insano Musarum exarsit amore

Nonnus, qui uates suspiciendus erat.

Ore quidem intrepido nunc Christi oracula promēs

Illi homines inter gloria multa pia est.

Vel sic

Multum homines inter repperit ille decus.

Arcanum quia subuates Euangeliorum

Verbum unigenitum prædicat ore patris.

AD LECTOREM.



E aut miratus sis, aut rem nullius exempli putaueris, candide Lector, me Nonnum, qui uersibus historiã Euangelicam diui Ioannis reddidit, prosa reddidisse. Conabar equidem uersus uersibus exprimere, uerũ cũ id præterquam quòd magno labore cõstitutum erat, etiã nõnihil mihi ἀδύνατον uideretur, & propter mira Poetæ nostri græca epitheta, quæ non nisi multis uocibus latinis uerti apte poterant, & quòd uno sæpe uersiculo græco tantum complexus est, quantum duobus aut tribus uersiculis latinis ægre quis comprehēdat. Proinde prosaica oratione, pro mea uirili Nonnum nostrum Latio donare malui. Neque uerò nullo exemplo feci, quicquid feci, redegerunt Homerum poetã in prosam, Valla & Volaterranus, foelicius fateor quàm ego Nonnum: sed tamen cum id ut ut à me factum sit, non sine magno uerũ in literis heroũ exēplo factũ sit, me omnẽ reprehensionem effugiturum spero. Porrò si in principio Nõni, ubi locum difficilẽ in Euãgelio Ioannis de diuinitate Christi paraphrastice tractauit, propter Epitheta uaria & difficilia redditu alicubi errassem, à fide tamen Ecclesiæ orthodoxæ recessisse nolo, sed potius aut incogitantia lapsus, aut uoci græcæ reddendæ non suffecisse, uideri malo. Id quod propter=

ea scribo, quòd hoc nostro seculo nomen hæretici
crebrius, sit quàm olim noctuæ Athenis fuerint. idcir-
co ne ob unam aut alteram uoculam, perperam for-
tassis à me redditam, hæreticorum catalogo adscri-
bar, me & iudicio & fidei Ecclesiæ orthodoxæ sub-
mitto. Vale.

Nonni poetæ

PANOPOLITANI TRANS-
latio euangelij secundum Ioannem.

CAP. I.



Ermo in ineffabili prin-
cipio erat, sermo tem-
pore uacans, nullo pa-
cto inuestigabilis, eius-
dem naturæ cum genito-
re æquali, filius sine ma-
tre, & sermo naturalis
Dei, lumen ex lumine lu-
men, à patre erat indiui-
duus, sedit in eadem cum patre sede, nullo unquã
tempore collapsura. Et sermo hic Deus erat, in alto
genitus, hic à principio unã cum æterno Deo mundi
fabricatore rutilabat, mūdo antiquior, & erāt om-
nia per ipsum, spiritu carentia, & spiritu prædita,
& sermonis qui magno labore editur, expertia. Et
nihil fuit, quod quidem erat, & in ipso insita uita,
quæ omnibus curæ est, & uita omnia fouens, erat
lux hominum oppidò cito pereuntium. Et lux terrã
conseruans cœlestibus radiis mundo caliginoso illu-
cescebat, & caligo ipsum non comprehendit. Versa-
batur uerò quidam in sylua montibus inerrans, ci-
uis solitudinis, præco nuper orti baptismatis, cui e-
rat nomen Ioanni, populum prædicatione sua ser-

A iij uans,

NONNI PARAPHRASIS.

uans, hic adfuit nuncius sermonis certi quo de lu-
 mine testaretur, ut omnes unius præconis uoce ex-
 citi, rectam fidem, fidem carentem sine, fidem produ-
 cticem mundi, haberent. Non erat ille quidem lux
 sensui exposita, sed ut solum omnibus diuini oris a-
 pertiõe de lumine testaretur, & luminis antehac nõ
 euulgati præuius existeret, dans testimonium cõmu-
 ne populo in Dei aduentus spem erecto. Equidẽ ser-
 mo unigenitus simul cum patre erat, uerum & om-
 nium luminum lumen, quod spiritualibus radijs ho-
 minum naturam super terram uenientiũ collustrãs,
 omnem hominem purgat: In incredulo mundo erat,
 inuisibilis, & mundus magnus per ipsum erat, &
 mundus oculis captus, sermonem aduenam non co-
 gnoscebat. Propter proprios erat: proprij uerò im-
 prudenti rabie perciti, ipsi quasi hospiti nullum ho-
 norem habebant. Quotquot uero ipsum animo cor-
 dato, non erroribus impliciti susceperunt, nec mente
 occæcata fuerunt, omnibus unum cœlestem honorẽ
 impertiuit, ut celebrentur filij dei patris semper uita
 fungentis: quos non concubitum appetẽtes natura
 produxit, non uita uirilil uoluntatis germen cogno-
 uit, neque ipse lectus nuptialis, in quo opera liberis
 procreãdis datur, copulauit: sed nati sunt ex deo pa-
 tre, filij nullo semine mortali orti. Et sermo perfe-
 ctus deus, nostra carne indutus, uir uisus, tandẽ na-
 tus, ante omnia genitus, ineffabili quadã copula di-
 uinã formã, humanã formã, uno (qd' aiüt) iugo co-
 pulauit. Et deus domũ cũ hoĩbus habitabat, & glo-
 riam eius oculis humanis uidimus, quasi gloriam fi-

lij unigeniti à patre altissimo, & gratia, & ueritate patris refertus est. Porro Ioannes primus omnium inter nuncios, testimonij uocem, de sermone carnis nostræ molem baiulante, summa fide dedit: Hic erat, de quo prædicatione mea ab omni reprehensione aliena dixi, prior me iuit, qui posterior uenit, quoniã me prior erat, quoniã ad unum omnes ab illo diuitiæ plenitudinis tandem datam aliam gratiam, priori gratiæ non cedentem accepimus. Nam per Mosen, pater legum omnium tabulas populo exhibuit. At ex Christo, gratia & ueritas mûdo illuxit, & deum ex natiuo se genitum, in aspectibus nulli hominum peruiis, non unquam aliquis speculatus erat, ille unigenitus simul cum patre irreprehensibili existens, & diuino reuera sinu abstrusus, suo sermone deprædicauit. Et hic est sermo testimonij, hoc est, quod diuina quadam uoce Ioannes fidus dei iuxta uerus præco dicebat, quando populus Hebræorum in uepretum syluæ ab hominû accessu semotæ, Leuitas & uigilem sacerdotum turbam præmittebat, eò ubi uir ille fugitans hominum, exul udam quandam & naturalibus rebus consitam casulam montanam incolebat. Porro sacrifici qui unã uenerant arguto quodam sermone Ioannem adoriebantur. Quis tu es? num Christus prognatus est? Et præco Ioannes respondit, & non cælauit, & non inficias iuit, dicēs: Christus rex nõ sum. Et turba uirorû Hebræorû, qui missi erāt, uirû diuinitate insignē iterû itterrogarūt: Dic igitur, q̄s tu existas, an Helias prodisti, q̄ fuit ciuis arui Theſbidis. Et rñdit exul-

NONNI PARAPHRASIS.

Ioannes, Non in terram podii ille Helias, qui tandem rediturus est. Et turba sacrificarum impurorum sumpta sibi audacia, dixit: Ecquem uocāt igitur te? An propheta diuinus futurorum nuntius existis? Et Ioannes duplici sermone respondebat: Non sumo mihi nomen Heliae, non prophetae diuini nomen mihi arrogo. Et iterum turba sacerdotum à Deo in illam sortem adlectorū, dixit: Ecquid igitur tibi tribuis? ut abeuntes renunciemus id, quod responderis omnibus illis uiris sacrificis, qui nos huc pedibus praue locibus ut contenderemus, miserunt. Tu uero qualem opinionem de te populum illum facile persuasum concipere desyderas? Tunc ille ex libro diuino prophetae cuiusdam uiri diuina respondebat uoce: Vox ego clamātis intrā petrā solitariā, praemunitē uiam regis omnium rerum potiuntis, ut equum est, et curate semita ei sit prompta, ut cū maxime, sic enim Iesaias ille multarum rerum gnarus, in libro quodam memoriae prodidit. Et alia turba incredula phariseorum emittebatur, quae uirum Dei ore loquentem, tali sermone sciscitabatur: Et tu cur nam aquae Iordanis homines immergis? et unde hominū sordes aqua eluis? si non Christus ille alto caelo residens, mundo illuxeris: neque Helias es, qui igneo curru in altum subuectus est: neque nomen prophetae, qui spiritu Dei correptus, diuinas sortes exprimit, tibi usurpas. Et uir ille diuinus, illis qui eum interrogabant, ita respondit: Ipse ego in hunc mundū prodii, ut uos in aquam puri lauacri immergerem, et qui à me retro uenit hoc ipso die in medio uestriū stat,

stat, cuius non idoneus sum, ut humana mea manu
 summum pedem contingens, solum lorum pedis diui
 ni soluam. Hæc fiebant prope diuinum aruum Be-
 thaniae, trans fluenta fluuij Iordanis. Sed cum au-
 rora procul radios in terram dispergens, alterum
 cursum instituerat, Ioannes ille puritate singulari
 præditus, oculum in Iesum è regione conspectus sui
 incidentem attollens, eum esse percepit, & prope se
 in uia euntem, digito sursum porrecto, populo qui de
 illo testaretur, commonstrat: Ecce agnus prudentia
 insigni ornatus, Dei omnium rerum parentis, comi-
 nus nobis adest, hic erat, de quo uobis uerba feci, po-
 nè me uir uenit, qui ante me fuit. Ego sanè ipsum an-
 tehac oculis non noui, at ut is, qui prorsus obscurus
 & incognitus existit, omnibus filiis Israel adhuc pla-
 ne quis ille sit, incertis clarior & manifestior fie-
 ret, prodij ego, uiam quandã ad iter non ante per-
 spectum præstruens, lauacro immergens populum
 antehac nullo præceptore usum, incredulũ, errabũ-
 dum. Et Ioannes aperto ore suo diuino, uniuerso po-
 pulo fidei amore flagranti, sua uoce omnes capien-
 te, testimonium dabat. Sic enim dixit, quòd uidit spi-
 ritum dei de cœlesti sinu ipsissima forma columbae,
 moderata alarum agitatioe usum, sese demittere, &
 ultro citroq; uolitare, donec ad ipsum uenit, & istuc
 mansit: ego certe eum prius non exploratum habui,
 sed is qui me ut corpora hominum noua generatio-
 ne renascentium, lauacris & igni, & spiritu uacuis
 baptizarem, præmisit, suo ipsius ore liquido signifi-
 cavit, cuiuscunque, dixit, capiti uideris spiritum dei
 celeri ala=

NONNI PARAPHRASIS

celeri alarum motu delatum, incumbere, & illic cō-
 stāter perdurare, hic est, qui hominibus omnis lucis
 expertibus lucem suggerit, igni iuxta spiritu bapti-
 zans, & ego ipsum in faciem conspexi, & testatus
 sum uera uoce, quod hic filius dei aeterni patris exi-
 stat. Caterum cum aurora iterum remēso cursu suo,
 lucem aliā adduxisset, Ioānes uir diuinus stetit, &
 propter eum duo discipuli, qui adhuc diuinam Chri-
 stiformam oculis suis non lustrauerant. Porro Ioan-
 nes Christum pedibus per terrā multorum calcibus
 pressam, peditem sublimen alti currus aurigam con-
 spicatus, iterum uir ille purus uocem suam attollit.
 Hic, loquens, agnus supercoelestis dei, iter facit: Et
 duo uiri à recta uia deflectentes, ubi uocem diuinā,
 uiri ueritatis studiosi inaudiunt, à tergo Christum do-
 mum rediturum accedunt. At Christus uultum suū,
 qui citra monitorem qui sequatur perspicit, in illos
 binos uiros coniciens, par illud discipulorum se se-
 quentium interrogabat: Et quid inquisitum, huc
 uos agitis? & ambo una uoce concordi adeo ser-
 mone, regi Christo sciscitanti respondent, Rabbi,
 qd' si uertas, Magister, doctor dicas, oportet, ubi tā-
 dem habitas? Et rex una uoce utriq; responsum de-
 dit: Venite, & uideritis. Et perrexerunt ad domum
 usque, & ubi Christus habitaret, didicerunt. Tum
 discipuli in domum Christi recepti, istum diem in æ-
 dibus Christi prope deum uersantes traduxerunt:
 subito uerò hora decima præterierat. Et erat inter
 eos, qui in aula quæ Christum deum receperat, uer-
 sabantur, Andreas ad usum hominum, piscationi in
 mari

mari deditus, frater Simonis eiusdem artificij æmu-
 li, hoc est, piscatore quoque, unus ex illorū grege,
 quos deus Christus hospitio susceperat, hic comes
 erat indiuiduus illi, qui Ioannis quoque uocem com-
 munem audierat. Cæterum ambo concordi consilio,
 Christū secuti sunt. Porro Andreas prior iter ingres-
 sus, reperit fratrem suum Simonem maris admodū
 laboriosi scrutatorē, & subito ad eum dixit: Frater,
 Messiam illum prudentia clarum inuenimus, qui &
 deus, & humana carne idutus est, Iudæis Græca uo-
 ce, Christus appellatur. Sic locutus, e uestigio fra-
 trem suum secum euntem, eò ubi Christus diuerte-
 bat, perduxit. At Christus placido uultu Simonem
 intuitus, sermone prudenti eum palpabat, filius tu
 mihi Ioanna es, uere Simon maris opificiū exercēs,
 tu mihi Cephas uocaberis, cape nomen secundum re-
 centius, quod quidem alij homines Petrum nomināt.
 At uetus cognomen Simonis, nomini iam à me tibi
 indito prætexetur, tibi uero Petro nomē erit, quo ho-
 minibus infracta tua erga me fides ostendatur. Enim
 uero proxima aurora mane exorta rosidis suis ra-
 diis splenduerat, Et Iesus, noctis iam umbra discussa,
 in orbem laboriosam Galilæorum longo capillitio
 insignium concedere constituerat, & cominus Phi-
 lippum inuenit. At rex iubet ipsum, ut fidus tyro
 in suam militiam nomen det, & à tergo eum sequa-
 tur, dicit enim: Sis & tu mihi comes Philippe.
 Philippus adhuc iuuenta calens, ubi hoc audit, in
 aures sermonem recipit, & uocem uestigijs Chri-
 sti insistendo anteuertit. Erat uerò Philippo cum
 Andrea

NONNI PARAPHRASIS

Andrea communis patria, Bethsaida, ubi Andreas
 habitabat, ubi Simon ceteris ferocior domum inco-
 lebat. Philippus Nathanaelem suo blando sermone
 alloquebatur, Inuenimus sub arbore lateramos dif-
 fundente Iesum, de quo cordatus uir Moses, prin-
 ceptis generis uestri, in diuino suo libro scripsit: Iesum
 inquam, quem futurarum rerum praecones Prophe-
 tae, concordi quodam sermone suis monumentis cele-
 brarunt, filium uocatum Iosephi uiri sancti, inco-
 lam Nazareth, filium Dei. Porro Nathanael uir
 praecipitis consilij, prope Philippum consistens,
 ad eum inquit, Ex Nazareth aliquid boni esse potest?
 At Philippus comes eius, dicenti huiusmodi respon-
 dit sermone omnis mali uacuo: Veni & uide. Et Chri-
 stus rex Nathanaelem cominus euntem, uirum mira-
 pedum pernicitate praeditum, populo commonstra-
 bat. Hic uera Israelis stirps est, uir nec aut alios at-
 que alios dolos hominibus struens, nec uersutis con-
 siliis, ulli imposturam faciens. Nathanael, ubi haec au-
 diuisset, miraculo rei commotus, uerba facit: Et qui
 nam animo nosti me, quem prius non unquam in fa-
 ciem uideris? Dic unde notitia mei apud te orta sit.
 Et dominus Iesus, uocem diuinis sortes expromen-
 tem attollens, uiro respondit: Priusquam te meridi-
 am, sub alticomis umbrosae fici corymbis, Philippus
 accerseret, te oculis & cura, quamuis non praesto
 existentem obseruans, conspexi. Nathanael miracu-
 lo illo percussus, uir uoluntatis celeriter persuasilis,
 ita respondit. Rabbi, rex caelestia adyta habitans, tu
 es rex Israel, tu Christus existis, sermo, filius semper
 uiuentis

uiuentis dei, utroque certo nomine te ornabo, & te deum regem liberorum Israel appellauero, & te uerum filium dei uiuentis celebrabo. Tum rex Christus ipsum animabat, in spem maiorem erigens: cum, inquit, sermonem quendam solum, nullo admodum stupore dignum ex me audiueris, fidem mihi astringis. Dixi enim solum, quod tu mihi sub arbore ficu cōspectus sis, at posthac oculis magis fide plenis miracula sublimiora obtueberis, & ut certus sis id certo futurū, Amen amē, quæ uox tibi certi rerum euentus testis existat, uidebitis cœlum diuina agitatione hiabundum, & arcana cœli oculis antehac nō uisa in coronæ morem uolitare, uidebitis alis ornatū angelicæ phalangis mutuo euntis agmen, de cœlesti uia deuolare, & de cœlo demissum, reduci professione sublime uolitans, in aere se librans filij dei interuentium, ad cœlum reuolare. CAP. II.

Dorro, cum aurora tertia è cubili suo digressa, purpureo suo colore saxa decolorasset, Nuptiæ quæ prima uitæ, liberorū procreatricis seminaria sunt, celebrabātur in Cana terræ Galilææ, noua liberorum propagine subinde se augentis. Erant uero nuptiæ fœlices, quod Christus conuiuia, ad populum hominum capillitio tergum uersus, uerso, conspicuorum, conuiuia agitantium inuitatus erat. Erant & in orbem discipuli eius omnes inuitati: aderat & epulo nuptiali uirgo deipara Christi mater, quæ & ipsa manu impolluta mensæ nuptiali accumbebat, Virgo inquam,

NONNI PARAPHRASIS.

inquam, regem Christum filium progenerans, cubi-
 lis uiri fugitans, semper uirginitatis florem illibatū
 conseruans: & uino dulci aliis super aliis poculis
 infusis, exhausto, omnes amphoræ, quibus ad solen-
 nia sacrificia uti solebant, uacuae fuerunt. Ministri
 quibus munus poculis infundendi uinum creditum
 erat, cum uinum in mensis deficeret, tristitia affe-
 cti, thalamo meri cupido adstabant, & siccis ma-
 nibus incassum pocula attingebant. Cæterum ma-
 ter, quæ & ipsa conuiuia erat Christo, quanuis com-
 pertum habenti denunciat hospites ad conuiuium
 nuptiale iuitatos semiebrios existere, iuxta in autū
 no nihil uini prouenisse, his uerò uerbis usa: Hæ nu-
 ptia, inquit, uocem tuam incommodorum depultri-
 cem requirunt, non enim ipsis liquor dulcis uini bo-
 nas admodū guttas emittentis in præoptu est. Et Chri-
 stus matri uirgini dixit: Ecquid id mulier aut mea aut
 tua refert, nondum cursus mihi horæ ultimæ appe-
 tit? At Maria ministros hoc effectum reddere iubet,
 quod Christus præciperet. Erant uero in pariete mu-
 tuo inter sese, in orbem sex amphoræ æquales con-
 stitutæ, quæ lato sinu hiantes, uel tres uel duas men-
 suras capiebant, & quælibet illarum lapideo suo si-
 nu, purā illā aquā, cuius in purificationibus usus erat,
 adseruās, effundebat. Enim uero Christus ministros
 siticulosi conuiuij urgens, ita uoce uinum recuperan-
 te, alloquebatur: Implete mihi amphoras sua sponte
 ampullosas, aquis recenter infusis. Et ministri per
 uices aliam secundum aliam aqua referferunt, do-
 nec spuma ex multa aqua in summo exuberans, la-
 brum

brum illarū coronaret. Et ecce de repente miraculū editur, & Christus candidum aquæ colorē uino caloricō mutauit: aqua mutato eius colore, inter effundendum rubebat, tum ex sinu, ex quo aqua effluere putabatur, odor meri hominibus somnū cōciliantis nares imbuebat. Rex Christus uoce manifesta, ministros, qui haurientes ex domestico fontis torculari, iussit, ut uinum dulce conuiuij Præfecto adferrent. Hi uero poculis fusim uinum exceperunt, & conuiuij præfectus, ubi gutture teste, iuxta colore rubicundo, aquam in uinū mutatam gustauit. Ipse quidem unde esset, compertum non habebat, at aquæ fer ille minister Christi congerro sciebat, qui ex sinu aquatico, aquam sua profugam sede uasis lapideis exhauferat. Tunc conuiuij præses spōso, qui iā choream duxerat, intra domum accito, ita sermone suo eum adfatur. Omnis quidem uir primum omnium uinum boni coloris miscens, ad mensam adponit, at conuiuas capitibus grauatis ebrios conspicatus, secundarium deterius uinum sero adfert, tu uero hoc præstantius omnibus uinum domi habens, donec ultima conuiuij hora affulsit, adseruasti. Hoc miraculum primo uisum Iesus in nuptiis meri studiosis edidit, ubi est Cana Galilæorum intōsorū humida, loco edito sita. Et sic Christus suū sublimē honorē Hebræis prodidit, prope conuiuiū sitibundum & potentiæ Christi, de qua quidem dissensio facta exoriebatur, discipuli animis inconcusis crediderunt. Neq; uerò Christus rex terræ Cananæ diu morabatur, simulatq; cōuiuiū nuptiale, ī quo uino titubāt homines, abso-

NONNI PARAPHRASIS.

mines, absolutum esset, sed uestigiis retro flexis Capernaum urbem maritimam petens, per uiam publicam ingreditur, nõ quidem solus, nam comites ei erant ij, qui unà cum eo epulum nuptiale accesserāt. Tum uirgo deipara mater, filium ex se natum consecuta est, quibus accedebat duodenarius ille exercitus, scilicet agmen sociorum Christi, unum iter à tergo cum Christo ingressum, at in Capernaò paucos dies moratus, non cunctabatur. Tunc enim in foribus Pascha aderat, Christus honorem solenni sacrificio habens, sedem Hierosolymitarum insigni pietate præditorum conscendebat, unà cum prudēti sociorum comitatu. Porro in templo deo dicato, boues bene cornutos, & gregem ouium implexa uelleræ habentium, & columbas per membra uario colore distinctas, reperit. Tum turbam numulariorum ad mensas, ad opes cumulandas instructas sessitare uidet. Occurrit & ei multum agmen institorum: quod altis tabernis extructis, res uenales exposuerat. Et Christus contorto in manibus nexu, ex fune flagellũ spurium contexit, & extra domum sacrificiis referatam, armenta & gregem ouium extrudit, institorũ sedem unam super aliam uersam resupinans, ex sacro loco eiicit, pecuniam super mensa uersatili positam, celeri agitatione humi effundit: uiro qui colũbas uenales habebat dicit, Hæc ex templo lapideo auferte, neque cestro lucri faciundi perciti, domum patris illibatam, prophanarum rerum mercatu pollueritis, precationis enim hæc domus est. Tum discipulis in mentem uenit illius, quod in libro à spiritu dei

dei

dei inspirato memoriae proditum erat, Aemulatio diuinae domus tuae exedit me. Et populus in abundantiam in eum uociferationem sustulit. Ecquae uaria signa Hebraeis ostenderis, quod tu haec confeceris? Rex Christus populo contentioso sermone stupore pleno et obscuro respondit: Soluite hanc domum, ego certe illam intra triduum excito. Et adclamauerunt populi: Domum, quam Salomon ornatum diuersicolorum lapidum tam longis et recurrentibus annorum sex et quadraginta spatiis, quibus populus adeo cupide aedificandi studio addictus erat, construens absoluit, eam tu posteriori structura rursus dirutam, tantulum intra temporis curriculum restitues, idque intra tertiae aurore cursum, cum id aedificij tanto temporis curriculo conditum existat. Ille de templo sui corporis uerba fecerat, quod isto sermone horribili tertio die Christus excitaturus erat. Caeterum quoniam ex penetralibus barathri, adytis carentis redux, ex inferno, rediuiua quadam sorte, ueterem illum suum coelestem honorem iterum recepisset, tunc discipuli recordati sunt, quod corpus domum appellasset, et sermonem diuinum in libro dei lingua scripto memoriae proditum, fide summa amplexati sunt, et fidem adhibuerunt sermoni quem Iesus dixerat. Porro Iesus adhuc in templo deo consecrato uersabatur, et sedilia Hierosolymitarum dirigebat, et Paschae adhuc solennes feriae aderant, et Christus sacris illis tripudiosis, in quibus sacrificis agnis uescebantur, intererat. Tum multi incredulae rabie procellis, ut di-

B citur, credi-

NONNI PARAPHRASIS

citur, credita, in nomen Christi credūt. At Christus suum animum uiris illis in se credentibus nō credebatur, non enim opus habebat audire uocem peregrinam alicuius hominis uerba facientis, ut animum hominis discat, quem ipse sine teste nouerat: iuxta citra ullum autorem, facta hominum perspecta habebat, probe pernoscens ea, quæ uir intra se uelamēto silentij obiecta occulens, recondita habebat.

C A P. III.



CÆterū, Erat quidā sacri sanguinis uir ex Pharisæis, qui luctu hominibus fucum faciunt, primas inter Iudæos obtinens, uir locuples, iuxta ac legibus Moysi addictus, cui erat nomen Nicodemo, hic noctu remotis arbitris, uadens pede obseruando incedens ad Christum ueniebat, & iubar nocturni luminis domū colustrabat. Nā Iesus uiro Nicodemo credenti diuinū baptismatis splendorem obiiciens, eum noctu uisum suo sermone conspicuum reddebat, & Christo dei uir credens dixit, O rabbi, quod si uertas, sonat præceptor, sermonis admodum uarij diuina differens, ipsis oculis consequimur, te à deo missum, & mundi doctorem, & uitæ humanæ opitulatorem adesse. Non enim potest homo mortalis hæc omnia admodum uaria miracula ædere, quæ tu sermone diuino & efficaci efficis, nisi deus malorum depulsor, ei præsentem opem ferat. Iesus uero obscuro quodam sermone respondebat, Nisi quis à dolore perfecte editi partus, mortalis homo in lucem editus, cœlestis

du

aulæ incola nascatur, nō potest mortalis hic uia æterna potiri. Et Nicodemus perturbatus rei miraculo, uocem extulit: Quī nam homo senio cōfectus, & cano capillitio obfitus, de integro absoluto partu in lucem edi potest, num potis est aliquis citra patris prolem augmentis accessionem per sinum matris ætatis prouectæ, uterū grauidū subiens conspiciere? quomodo semen in nouum quendam partū cōglutinetur? Iesus uero uirū aliorū doctorem, docēs, ita subsequēbatur oratione: Nisi quis corpus puris lauacris perpurgans ex spiritu sancto & aqua, uno quod aiunt fasce posterius assumpserit genus, iterum natus citra seminis adiunctionem, renatus tamen instar partus qui è muliere editur, nisi unquā quis ita renatus fuerit, is mortalis æqualem in cælo honorem, uitæ futuræ fine uacantis persentiscere nō potest. Etenim quod terrestris hominū ueter mortali ex carne effectū ex se dispulit, hoc humana caro existit. Porrò diuinū illud, quod ex spiritu per se generante, & puro lauacro producitur, spiritus uitam sufficiens citra obstetricis operā, germē per se pullulās renati partus est. Et ne uos stupor incessat, ob sermonem illum diuinum, quod scilicet dixi, oportere ex aqua alium quendam uitæ cursum institui, spiritus ualde agilis, agitatione quadā oculos hominū fugiēte quocūque locorū uult, spirare nouit. Et ī propinquo bōbus uocis aere & potētia diuina motus, ad aures uestras delatus personat, sed oculis cōsequi nō potes unde profiscatur, aut quo se receptet. Sic

NONNI PARAPHRASIS

se habet homo omnis, qui natus est ex humido igni,
 nempe aqua & spiritu postliminio renatus, & non
 pulueris, id est seminis agitatioe. Sic dicebat Iesus,
 & Nicodemus respondebat, quum nam hæc fieri pos=
 sunt? Et Christus diuinã suam uocem extulit: Es tu
 populi Israelitici doctor, & non intelligis hæc? sed
 hæc te fugiunt, nec tibi mea potentia perspecta est,
 Amē amen sit tibi testis sermonis stabilis, quod qui=
 dem uerum prægnans uocis diuinæ compertum ha=
 bemus, id in aures hominum ægre expugnabiles se=
 minantes labris fuco nesciis loquimur. Et quæcun=
 que aures meæ à nostro patre summo inaudiuerūt,
 ea uoce internūtia, & quidem gnara testimoniij, do=
 cemur. At indocilis mens uirorum impersuasibilium
 iuxta tota, ut fertur, uia aberrantium, fidum nostrū
 testimonium non recipit. Si sermonem quendam de
 factis terrestribus dixi, & adeo aures uestre ad
 credendum difficiles sunt: si de exercitu angelorum
 alato, aut ea quæ in aethere producuntur, aliquid in
 tonuero, magis infinitæ potentie, de natura cœle=
 stis, & ab aspectu semotæ materiæ audientes, fidē
 quomodo astringetis? Non unquam nullus mortalis
 concusso pernici pede, ascensili curru cœlestium ro=
 tarum, in cœlum ascendit, nisi diuinus hic, qui morti
 non obnoxiam suam fortunam, insolitam, carni con=
 iungens, de cœlo descendit, filius solus hominis, qui
 æternus in astris plena domo, patrium solum tenēs,
 aethera, & prope uiam speculæ solitariae habitat.
 Et non secus atque Moses ligneum serpentem refe=
 rentem for=

rentem formam serpentis illius, qui homines morsibus petiuerat, sustulit. Sic & filius hominis conficiens remedia morborum membra absumentium prae se ferens, uultum quidem serpentis, sed lignei illius qui morbis liberat homines, hominibus exaltabitur: idque hac gratia, ut qui eum credula mentis conditione susceperit, gloriosam uitae tranquillitatem cōspiciat: non uitae breui tempore duraturae, sed quae late sese propagans stabili cursu circumuoluitur. Adeo enim sceptiger ille altus, multiformis, & caecitate pressi mundi amore flagrauit, ut mundo in quatuor iuga, hoc est, partes partito, Sermonem unigenitum filium, hominum opitulatorem dederit, ut qui ipsum acceperit, permutato animi huc illuc fluctuantis habitu, ceruicem ultroneam fidei inconcussae submittens in locum aeternum uitae coelestis pueniat, habitans domum, in Paradiso bene arboribus cōsito, nulli ruinae obnoxia. Non enim deus pater, suum sermonem filium mundo exhibuit, ut mundum ante iustum tempus iudicaret, sed ut omne humanum genus lapsum resuscitaret: qui certe ipsum corde minime mutabundo placide susceperit, abiecta in procellas aereas, ut fertur, incredula rabie, recta fide praeditus fuerit, non iudicatur. Quod si uir aliquis, coniecto mentis errante oculo, in humanam carnem audacia quadam elatus, mentum cum deo pugnans ostenderit, hic uir iudicatus est, quod animo ad credendum tardo, nondum fidem acceperit, & quod non potentiam filij summi dei patris amplexatus sit, coniecta

NONNI PARAPHRASIS

fiducia in nomen chari regis Christi. Porro hæc est
 cognata mundi impij condemnatio, è coelo enim in
 terram lux uenit, & genus hominum instabilium,
 caliginem pluris fecit, quàm lucem corruscantem.
 Et non tanto desyderio lucis atque caliginis homi-
 nes capiuntur, opera enim ipsorum non recta exi-
 stunt, & omnis uir nefanda patrans, & nocte di-
 gna opera committens, lucem odit, non unquam in
 lucem propinquam prodit, ne lux opera, quæ quidẽ
 arcano silentio obtecta perficit, reprehendat. Qui
 uero pietate tactus, uera oĩa adseruat, suapte spon-
 te, ubi lux est prodibit, ut opera, quæ quidem dei uo-
 luntate effecta reddidit, innotescant. Sic Christus di-
 xit, & deinde relicta terra Cananæa, purum solum
 arui Iudæorum subiuit, & illic deus alienam domũ
 incolens, cum dei similibus discipulis morabatur, &
 in lauacro prudenti terræ propinquæ uarias homi-
 num tribus, humani cordis sordes eluens, mergebat.
 Tum & ipse diuinus Ioannes populum cæcum, sed
 diuino tamen sermoni dicto audiẽtem, aqua baptiza-
 bat, propter profundũ fluuiũ Salẽ. Illic enim fluuio
 late fluẽte, iuxta scaturiẽte ppetuis scaturiginibus,
 multum aquæ ex æquo omnibus sufficiens emitte-
 batur: populi uero unum uirum pium in orbem cir-
 cunstabant, & resipiscencia sero animum subeunte
 abluentes delicta, fluentis purgabantur. Nondum e-
 nim diuinus uir Ioannes, propter lectum Herodis re-
 gis non potentis nuptiis incestis potiri, grauibus uin-
 culis adstrictus, domum semper custodia munitam,
& ex

Et ex qua ad interitum itur, subiuerat. Cæterum discipulis Ioannis sedulo sacris operantibus, cū Hebræo uiro de lauacro lis incidebat, et calceo festinabundo ad uirum diuinum uenerunt, et sermone blando uirum tunica tenuiter hirsuta amictum, alloquuntur: Rabbi, primus præco, qui famam de aquis malorum depultricibus longe lateq; diffudit, is qui cis flumina fluuij Iordanis tecum uersabatur, quem tu prudenti sermone è deo genitum animum tuum induxeras credere, Hic exemplo tui puri lauacri, multo magis quàm tu baptizat, et ciues omnes tua quadam emulatione capit, mixtim nubium instar, ad eum cupiditate illius diuinum lauacrum consequendi festināt. Et Ioānes uir ueritatis studiosus, discipulis interrogātibus dixit, Nihil aliquis è celesti sinu accipere potis est, nisi hoc præmij à deo gratuito impertiatur. Vos estis testes, et quidem gnari illius, qd' aliquādo populis propalā uoce mea à mē datio aliena dixi: Non sum ille Christus uitæ conseruator, sed me deus ille in alto residens, me ut uiam illius præmunirem, præmisit. Cui sponsa est, sponsi nomen meretur, at socius fidus qui in propinquo est, et audit uocem illius loquentis, placidam uocem auribus benignis excipiens, gaudio exilit. Nostra certe delectatio omnibus numeris absoluta est, illius, qui nuper obscurus fuit, gloriam immortalē semper increfcere oportet, quippe qui deus existat, me uero mortalem minorem mensuram auferre

NONNI PARAPHRASIS

necesse est, ut qui generis minoris sum. Hic qui è cœ-
 lesti sinu ex alto uenit, supra omnes uenit, at hic
 mortalis sanguinem adportans, de factis terrenis
 uerba faciēs, terrenus existit uir. At qui de cœlesti
 sinu deum capiente uenit, quod quidem in cœlo au-
 diuit, loquitur, neque aliquis testimonium diuinum
 suscipit. Qui uerò mortalis sermonem testem è diui-
 no ore profusum suscepit, is à mendatio abhorrens,
 suo sermone obsignauit, quòd deus solus uerax est.
 Etenim hic quem mundi opitulatorem deus è cœlo
 in terram demisit, natiuo imbri paternæ sapientiæ
 scatet: non enim sermo sermonis certa mensura cir-
 cūscriptus est, sed ei soli semper fluxum semper sca-
 turientis uocis impertit. Et deus in alto residens fi-
 lium suum amat, & ei omnia manu sua ferre dedit,
 qui fidem rectam moribus minime fallacibus in eò
 coniecerit, hic uitæ uidendæ particeps erit, & glo-
 ria alta uitæ semper se propagantis, æquali potie-
 tur. Porro, si uir arrogantia aura elatus, filio ui-
 uentis dei fidem abrogauerit, ultrix ira dei altissi-
 mi in desipientem illum incredulum animaduertens,
 uenit.

CAP. IIII.

Hic quando dominus cognouisset agmen
 illud Phariseorum tum graui corde præ-
 ditum super lauacris à deo inspiratis, tum
 inexpugnabili & graui emulationis
 morbo implicitum, audiuisse, quòd Iesus uiros in ca-
 ligine oberrantes in lucem extraheret, aqua bapti-
 zaret,

Zaret, & pluribus discipulis abundaret, quam Ioānes, & fama hæc uero consentanea non erat. Non enim rex Christus aquis baptizabat, sed discipuli, reliqui terram uirorum Iudæorum alto fundamento substructam, & iterum in terram Galilæorum Christi unice studiosorum cōcessit, fugiēs Phariseorum impersuasibilem incredulam rabiem. Ceterum erat ei adhuc eūdum per mediam terram Samariā, aquis refertam, terram Galilææ conterminam. Et urgens uestigium diuini pedis, ipso meridie in urbē ueterem terræ Samariæ peruenit, nomē urbi Sichar erat, edito loco situm, ubi Iacob plantator terrā uiti feram habebat, quam filio Ioseph dederat, ubi erat fons profundus. Vnde aliquando Iacob diuinus apertis humidis fundamētis recessuum terræ aquam supernam ex puteo limoso eduxerat. Illic ergo Christus longæ uiaē profectioe defessus quiescens, à labore cessauit, sessitans ad locum fontis, ubi ex terrestri sinu, fons urbi uicinus incolis humidam aquā ebulliebat, & sexta hora siticulosa celeriter præter uolans decurrebat, tunc mulier Samaritana, urnam, quæ ex fontis sinu aquam caperet, gestans, ad fontem qui in proximo erat iuit: Et Christus rex aquarum, ab ea, ut ex urna aquaria aquam sibi sufficeret, petebat: Age mulier Samaritana, da mihi patriæ tuæ propugnatori, iam siti presso, ut bibam aquam peregrinam, sessitabat enim tunc solus. Nam simulatque Christus circa medium diei cursum, horam cibo sumendo adpositam, cœlo inequitare con-

NONNI PARAPHRASIS

conspexisset, agmen sociorum in urbem finitimam
 amandauerat. At mulier Samaritana sermone cupi-
 do auditu interrogata, dicebat, Quinam tu solus,
 uoce gnara à muliere Samaritana, è manu insuetà
 aquam postulaſti, cum tu patrium Hebræorum san-
 guinem afferens adserues, & qualis communio
 mulieri Samaritanæ & tuo generi existit? ut à me
 acceptam aquam bibas, & cum tua lex impedi-
 at, te Iudæum communi ore appellauero: non uerò
 Iudæi & Samaritani mixti communi quadam lege,
 consuetudinem inter se agitant. Et Christus ei obscu-
 ro quodam sermone respondit: Si dei altissimi gra-
 tiam didicisses, si donum dei nouisses, si scires quis
 ille sit, qui de fonte terrestri tecum sermones conse-
 rit, dicens: Da mihi siti laboranti, ut bibā aquā tem-
 poraneam, ipsa prompte æternam & uiuā aquam
 ab eo petisses, & iam cordatum potum tibi submini-
 strare posset. Enimvero mulier non intelligens uiuā
 illam aquam, dixit: O rex, stupor corripit me, tu nō
 orbiculare uasculum quo aquam auferres, gestas,
 nec funem attollis, ut ex profundis subterraneis ter-
 ræ excessibus mutua manuum agitatione, peregrinā
 aquam trahens educas, & puteus profundus est, ut
 qui maxime: & unde hanc uiuam peregrinam aquā
 ex terrestri sinu exhausseris, num tibi alius potus
 est? diuino patre nostro Iacob liberorum masculo-
 rum fœcundo maior existis? qui fontem hunc ceu-
 munus quoddam honorarium terræ Samaritanæ cō-
 tulit, & ex ipso bibit, aquam in terra illa exceptā,

&

Et fœderis loco nobis præbitam. Nec ipse solum bibit, sed etiam liberi, et genus animalium nemora depascentium, et quadrupedum agmina. Et Iesus mulierem excitatam docuit, et caligine in lucem producens: Qui bibit aquam fontis temporaneam ex terra recessibus scaturientem, aut laticem fluuii subinde incrementis, iterum siti urgebitur: at qui biberit aquam eternam, quam ego ei suffecero, non unquam siti premetur, sed in eius mente fluxus cordata agitatione manebit, aqua scilicet, diuina iactatione ex intelligibili profunditate fontis arcani, reuiuificans perpetua, saliens aqua scilicet, uitæ eternæ, et non fluuii terreni. At mulier Iesum uoce credula precabatur: Da mihi Domine, ut bibam aquam istam uiuacem, alienam ab ea quæ ex terræ fontibus profcaturit, ut bibens nõ unquam siti uexer, et ne amplius huc ad aquam ex profundis terræ penetralibus emanantem, hauriendam me conferam. Dixit, et Iesus mutuo quodam sermone mulierem uersutam, iuxta multis uiris corpus uulgantem, pertentabat: Vade et accerse maritum tuum, et ex urbe pedibus uelocibus huc ad me redire festina, Dixit et quasi ignoraret, de lectis multi seminis mendacia confingens, uera dicebat, dixit enim: Ego, quæ cum nullo marito rem habeo, maritum ad te acersero, non enim est mihi uir charus. Porro deus mulierem reprehendit: Noui, inquit, mulier, maritum tuum sextum illegitimum, secundum quinque maritos eiusdem notæ, quique enim uiros sortita es, per uices alium post alium, et nunc quem

NONNI PARAPHRASIS

quem uirum persequeris, non est maritus tuus germanus & uerus, proinde rem ipsam uere putasti, dum dixisti, tibi nullum esse maritum charum. At mulier Samaritana nullius præcij existens, stupore correpta, uoce foeminea respondebat: Domine, te diuinum uirum prophetam cognosco, patres nostri cõscendentes hos montes, ceruicem ad petram multo uictimarum nidore refertam, inflexerunt, & deo piis sacrificiis litârunt. Vos uerò turba alia diuini consilij satagente iussa, iuga montis Hierosolymorum cõscendere, dixistis, ibi deum propter aram deo consecratam oportere ceruicem elatam, supplicationis testem, ceruicem impuram, humi deprimetes flectere. Tum rex Christus sermone mulierẽ subsequebatur, Fidẽ adhibe ô mulier Samaritana, meo sermoni uero, quòd scilicet hora nouæ uitæ internuntia, pietatis autor adest, qua nõ amplius arte quadam arcano, iuxta aram montis uestri deo sacram, neque sub angustiis Hierosolymorum prominentia saxa habentium, sanguine taurino uictimam cornu trahentem, inclinantes, innixo ad saxum genu supplici, sacrificabit. Vos quidẽ alia atque alia mētis uacillabundæ conditione, eum quem non nostis ex auditu tantum referentes ueri sermonis imaginem, honore prosequimini, Nos uerò in aris piis uictimas accendimus, quod nobis perspectum est, sacra uoce celebramus, & deum natiuo prudenti sermone, prædicamus. Ceterum hora sacra prudētibus sacrificiis ad est, & nunc prope accessit, quando ueri sacrificij

com=

communem supplicem humi deurgent ceruicem, demisso etiam unâ cum ceruice inflexa capite, omnes quidē in ueritate & spiritu. Tales enim sacrificos deus in alto residens expetit, qui quidem ipsi, alta genua humo æquata flectunt, in spiritu dei iuxta uero teste uoce, prono demisso uultu in terram, deus spiritus uerus: unde pro tempore uiros, qui ueritatē & spiritum uno, quod aiunt iugo copularunt, trahit ut honorem deo mundi æterni patri, habeāt. Dixit Christus. Et mulier ignorās, uoce uatidica Christum, Christi nomine dignatur, & mundi uindicem tādē ad futurum dicebat, qui iam uenerat, & quocum sermones ultro citrôque conferebat. Dixit uero mulier: Domine, ex auditu patrum legiferorum accepimus, quod Messias diuinus, quē populi Christum esse fama tulerunt, aderit, & quando ille uenerit, nos omnium rerū ignaros, omnem ueritatem docebit. Dixit mulier. Et Christus teste sermone respondebat. Digito præsentis ope hominibus opitulante naribus ineffabilibus admoto, Christus, qui tecum sermones cedo, ipse sum, propeq; me oculis lustras, quē auribus semp audis, Christus ego mūdo exortus sum, nō secundus quispiā uenit. Neq; uero Petrus quis audax, neq; aliquis alius ex discipulorū albo, supra audacia ipsum interrogabat, quid disquirit? aut quid cum illa loquitur? At mulier relicta uena aquaria, ad fontem qui deum acceperat, celeri calceo procurrens, in urbem uestigium flexit, & omnibus ciuibus dicebat: Adeste, & diuinum uirum prophetam

NONNI PARAPHRASIS

phetam conspexeritis, qui mihi omnia quæ feci, dixit. An hic filius David optimi seminis dictus, appetit. At Samaritani simul nuntium audientes, & confortam & celerem profectioem instaurabāt, ex urbe ad os fontis, cui deus propinquus erat, concedentes, & uno sermone mentes eorum demulcente illi, ad deum lymphati sese efferentes. Tū interea tēporis priusquam densi nubium in morem fluctus, populorum suspiria, contentionis nimie ergo suspiria attrahentium ex urbe uenirent, discipuli Christum cinxerunt, & ita dixerunt: Rabbi, cape hæc & ede, Christus uerò mota muta manu intelligibili teste silentio, cibum breui tempore pereuntem repulit, hæc locutus, fero alium cibum uiuacem, quem uos in sermone non cognouistis. Et alius post alium dicebat: Num ei uir peregrinus, aliud quid quod ederet obtulit? At rex Christus patris studiosus, diuersa à discipulorum uerbis sermone dicebat: Cibus meus sermo existit, opera patris, potus meus sunt. hic unus est cibus meus, ut desiderium patris mei immutabile effectum reddam, & diuinum opus conficiam. An non uos omnes horarum gnari, uno sermone statuitis? quod adhuc solus pernix abitus mensium quadrifariam uolubiliū superest, & æstas pulchris fructibus fœcūda uenerit. Ecce omnes orbem oculi ad urbem è regione sitam attollite, qui nam urbes candidis areis horrent? & messem humanam bene linguam flagitant quo modo spicæ mente præditæ uirescunt? Quod si uir aliquis, labris, nō manibus loquacem

cem

eem falcem attollens, diuinos campos uicina terræ
messuerit, præmio ornatur, & deo patri fructum tui
uiuientem, tum intelligentem, in tempus non desinēs,
colligit, ut tum is qui seminat, quàm is qui diuinos
campos metit, cōmuni gaudio fruatur, & patri fi=
deles primitias deferat, honore & aratorē & messo=
rem afficiens. Tunc hic sermo uero consentaneus e=
rat, quia alius uir, semen fructiferū sulco obruens,
arat, & alius agricola spicam coroniferam metet.
Alij quidē agricola sulco uocis, magnum laborem
exhauserunt, dū fructum seminârunt. Emitto uero
uos nullo labore exercitos, in laborē alienū uirorū,
qui magnum laborem impenderūt: Emitto uero uos
ut metatis ore ordinem fructuum paratissimorum:
neque uero uobis uel seminandi campum, uel irrigā=
di aream necessitas ingruerit. Cæterum multi inco=
le, populum celeriter credulum, iuxtā errantem in=
concußis fidei fundamentis substruxerunt, in audiē=
tes testimonium mulieris mentis abalienatæ, dicētis,
quòd omnia, quæ quidem feci, propheta dixit. Et
quando Samaritani iam cominus uenissent, ut cum
Christo colloquēdi copia daretur, Christo beneuolo
quodam sermone ut illic maneret, supplicabant. Et
Christus rex cum omnibus qui fonti aderant, ean=
dem uiam ingressus, ad urbem celer uenit, & deus
ibi manebat, donec biugus alius post alium auroræ
cursus celeri circūuolutione percurreret. Exacto bi=
duo rex relicto sermone auribus credulis infixis, fe=
stinantē

NONNI PARAPHRASIS

stināti calceo illic rursū, recusātibus incolis abiit:
 & iterū ī terrā beneuolorū Galilæorū perrexit, so-
 lam suam æmulam patriam non calcavit: probe e-
 nim uirorū popularium mores perspectos habebat,
 testem sermonem dixit uerū, quōd propheta ualde
 celebrem in patria honorem habere nequeat. Sed cū
 Iesus in sedem Galilæam uenisset, tunc illum turba
 Galilæorum dei studiosorum beneuole excepit, ut
 qui ante hac in illorum terra uisus fuerat. Et Gali-
 læi omnia, quæ quidem in muris Hierosolymo-
 rum, quando tripudiosa horæ pietatis autores ce-
 lebritatem sacrarum feriarum aduexerant, Chri-
 stus fecerat, oculis uiderant, etenim & ipsi ad sa-
 crum diem contenderant. Iesus uerò ueniebat, & i-
 bi perdurans habitabat, ubi terra Cananæa e-
 rat, ubi prius aquam ruffo uini liquore, niuali
 natura permutata, mutauerat. Porro erat qui-
 dā uir regius, exercitui præfectus, cuius filius in po-
 pulo Capharnai maritimi, ferens genua languida,
 morbo præpedita, decūbebat, & pater unice amās
 filium, à febre grauitè torto, simili flamma flagella-
 tur. Hic ubi Christum in sedem Cananæam uenisse
 audiuit, citissime abiit, Et cum cominus ad Christum
 uenisset, uadens uiam quæ ad urbem finitimam du-
 cit eum, ut filium iuuenem seruaret, precabatur.
 Tum rex Christus ipsum suo sermone obiurgando
 increpauit: Nisi uaria uocis meæ signa obtuiti fueri-
 tis, non unquam mihi fidem astringitis. Et uir febre
 ingrauescente, lachrymis calidis persusus, dicebat:

O rex,

O rex, festina & descēde, relicta terra Cananea, priusq̄ filius meus uocis tuæ indigus, mortem obeat. Et rex illum sermone uitæ sufficiente animabat: Abi, & filium tuū unice charū, uiuentē & incolumē offenderis, & in mensa uestra fronte exporrecta, cū filio cōiua conuiuium inito. Dixit rex Christus, & uir actutum sermoni quem Iesus dixerat, fidem adhibuit, & in spe persuasionis abibat, & ministri lætitiæ affecti ei uiam longam ingresso obuiam fiebant. Neque uero uir suos ministros lætos interrogabat, ex uultu enim filium suum uita fungi, prudenti silentio cognoscebat, & omnes qui unā uenerant, iucundo sermone ei dixerunt: O unice amator filij, filius tuus pernix uiator uita fungitur, & nunc meliore ualetudine fruitur, atque antehac fruitus est. Et hic gaudens ministros suos de hora in qua malum discussum esset, & uiuacē & conspicuam magis tranquillitatē habuisset, interrogabat. Et ad unū omnes ministri una uoce dixerunt: Filiū tuū morbus destituit, quādo herihora uitæ seruatrix septima currēs, abierat, & uir suo opte marte horā, & in qua malū pueri mitigatū esset, & in qua rex uiuifica uoce diuinū dixerat: Concede ad tuā domum, filius tuus incolumis est, cognouit, & fidem rectam pura mente suscepit. Ipse simul & omnes quotquot alebat, teste uoce, colla inconcussa fidei iugo præbuerunt, ipse totam domum suam ad fidem à reprehensione alienam attraxit. Hoc uero secundum & aliud est miraculum, quod Iesus uoce uiuifica in terra Cana-

C

NONNI PARAPHRASIS

naea, in Galilæa bene turrata, à Iudæa in urbem pulchrorum liberorum fertilē, Galilæorū promissa capillitia nutrientium, fecit: secundum illud miraculum antiquius, quod in nuptiis meri cupidis edidit, quando aqua fluente quodam rubicundo, vini naturam induit.

CAP. V.



Nimvero Iesus ascendebat eo, ubi domus ætheri uicina, nimio diuersicolore lapidum fulgore resplendebat. Erat uero in Probatica aquosa lauacrum ad fabrefactum late porrectum, quinque latis porticibus, prominenti uariorū lapidū ornatu cōspiciū, ubi uir æstu pressus, intuitus aquam ultroneis scaturiginibus salientem, quæ aliquando corpus fluctuanti lauacro perpurgabat, quando quis morbo sæuiente, feruidos fluctus cōcitasset. Intuitus dico aquam dolorum depultricem, medico longe præstantiorem. Cæterum erat uir quidem ad uicinum fontē, diuina ærumna implicitus, tres decades, & quoque octo orbis annorum uolubiliū graui morbo uexatus, hūc Iesus immobilem in cōsueto cubili positum intuitus, sensit quod in lectis temporaneis genua morbo ægre curatu impedita haberet: Et rex Christus uocē miserabilem emittens, ipsum interrogabat, sanitati pristinae restitui uis? At uir ægrotus, trahēs spiritū ex imbecilli pectore profectum, uoce tenui & ægre credula uix dixit: Domine, præfecto ualetudinario & eo quidem beneuolo opus habeo: nō enim est mihi

hi

hi uir, qui mihi à ministerio esset, qui me quando a-
quam fontis fluctuantis suapte spöte æstuantem ui-
deo, in sacrũ balneum sustollens imitat: dũ ego im-
mobilẽ meũ & effætũ pedẽ moueo, interim me mul-
to iunior celeri agitatione anteuertens, mortalis a-
lius me multo agilior ad spumam in alto ebulliẽtem
fontis æstuantis descẽdit. Et ipsum rex Christus sua
uitã sufficiẽte uoce animabat: Moue te, lectũ tolle,
& ueni agilis factus uiator. Valetudinarius uero sa-
liit, & uestigio terræ impresso stabat, & lectum hu-
mero suppositũ capiẽs, huc illuc insueta genua cõcu-
tiẽs, & lectũ in humerũ morbo grauiter exhaustũ
sustollens uagabatur. Et tunc Sabbatũ erat: uiden-
tes uerò in lapideo templo uirum, quẽ rex Christus
celeriter omnia conficiens, sermone morbum discu-
tiente curauerat, interrogabant: Ecquis eum sua im-
periosa uoce sublato, in humerum lecto oppido uer-
satili, templo inerrare iussisset. Et inuidia laboran-
tibus, sermone prudẽti, & deo credẽte respõdit. Is
qui me decumbentẽ, & lecto sanũ surgere fecit, di-
xit mihi, ut & lectum tollerẽ, & hic obambularẽ.
Et ferox Iudæorũ populus iterũ eum interrogabat,
Ecquis ille existit, qui te uoce quadã forti iussit: Ve-
ni sublato ì humeros lecto? Cæterũ uir sui morbi me-
dicum nõ norat, & Christus intuitus ipsum in tẽplo
lapideo obambulantem, priorem contumeliam mor-
bi ultricẽ recordatus, rursus se prodens, sermone
teste uiro edicebat: Tu q̄ modo morbo afflictabaris,
sanitatem tuam recuperasti, caue amplius delictum

C ij peius

NONNI PARAPHRASIS

peius committas, ne malum aliud deterius per sentis-
 cas. Et uir ille iterum audax, nuncius Hebræis ade-
 rat, sermonem recusante pleno æmulationis popu-
 lo, exclamans, quòd Iesus ultro ad eum ueniens, di-
 uina uoce sanum esse, & sero euntem uiatorem, ba-
 iulum insuetū lecti ualetudinarij esse iussisset: Qua
 gratia Iudæi stolido quodam furore perciti, Iesum
 persequerentur, quod diuino in templo ipso die
 Sabbati hæc efficere contendisset solus, non Sab-
 batum obseruās, quādo oēs à laboribus humanis fe-
 riati opus ociosis spinis committerent. At Iesus altā
 uocem sustollens, dicebat: Adhuc nunc pater reuera
 in mundo formis exemplaribus operatur, & ego fi-
 lius opus subsequor. Cuius dicti nomine Iudæi clan-
 dulario interitu Christum è medio tollere cogita-
 bant, ut qui non solum legale auroræ otiosæ iubar
 hæctenus à suis obseruatum uiolare uellet, sed etiam
 præter sacrum sabbati diem uiolatum, & patrem
 suum natiuum deum uocaret, suam gloriationē cœ-
 lesti regi æquans. Iesus uero dicebat: Amē sit uobis
 testis uice, filius nihil suarum uirium Marte efficere
 poterit, nisi quæ suū patrē efficere uiderit. Ad unum
 enim omnia opera, quæ pater meus fecerit, hic fi-
 lius patrem suum referens efficit, pater enim fi-
 lium suum amat, quæcunque uero opera facit, fi-
 lio charo monstrat, & adhuc maiora monstrabit,
 ut gratia operum præstantiorum stupor uos cor-
 riptat: Vt enim pater uita functos, à morte resuscita-
 to iterum corpore uirorum motu uacantium, exci-
 tat:

tat:

tat: ita & filius similis patri, quos uult, iterum uitæ munus impertiens corporibus uirorum mortuorum, excitat. Non enim aliquem pater meus iudicauerit, sed seruum illud humanum iudicium totum filio dedit, ut omnes ita filium patri suo æqualem honore prosequantur, ut & patrem in alto residētem honore afficiunt. Cui uero est animus huc illuc deflectēs, & qui non filiū sermonē patris honorat, is nec patrē honorat. Amē amē sit uobis firmi testis loco, quisquis uir sermones meos credula mētis persuasionē suscepit, & meo parenti obtemperauerit, in iudicium quod adest non uenit, sed ex morte mutatus, ad uitam immortalem, quam tempus non nouit labefactare, uenerit. Tādē enim hora improuisa, & mortuorum reparatrix, & parens hominū qui renascuntur aderit, quando mortui fandi facultate priuati, omnes meam, sic filij unici chari, patris uitæ autoris, uocem morti medicinam ferentem audientes, ex penetrabilibus terræ reditu carentibus, resurrexerint. Vt enim pater omnium rerū mundi matrem uitam, à qua omnibus halitum uitæ conseruatorem emittit, ita & filium omnium rerum satagēti uitam dedit, & diuinum æqualem honorem impertiuit, & iudicium eorum quorum uult, æquali lege dedit, hominis uitæ autor existit. Et ne stupor uos inuadat, quòd diuinam uocem futuram dixi, nimirum quòd ultima hora uenit, & nūc circum obseruatur, quando mortui densi, & audientes in tumulis reditu carentibus iuxta uitam parientibus, & expectantes

C iij uocem

NONNI PARAPHRASIS

uocem diuinam Christi loquentis undique audient,
 & tandem alius post alium re natum uestigium ue-
 teri terræ accommodet. Qui quidem in certatione
 fidei irreprehensibilis decertârunt, in resurrectione
 uitæ immortalis, qui uerò diuersa rabie, opera uitæ
 multum à recta uia aberrantis elaborârunt, in resur-
 rectionem futuri iudicij resurgēt, per me enim citra
 patrem celestem nihil possum conficere, iudicare ue-
 rò potero, ut audio, & iudicium meum uerum est.
 Non enim adsum, ut uener gloriam meam perficere,
 sed patris: dum loquor, nō loquor ut meam gloriam
 adstruam. Si enim meum ipsius testimonium produ-
 xero, alius audiens ei fidem derogat, non enim meus
 existit sermo uerus, siquidem mihi ipsi proprium te-
 stimoniū dederō, de me uerò uir alius testis idoneus
 existit, non me fugit fidum & uerum illius testimo-
 nium. Vos quidem interrogantes, ad Ioannem ca-
 stum uocis diuinæ refertum, populum uirorum sacri-
 ficorum montibus inerrātem misistis, & uir diuinus
 testis sermonis certi, sermonem ueritatis irreprehen-
 sibilem, sermone indissolubili uelut sigillo impresso
 signauit. Cæterum ego terrestri à uoce, testimoniū
 mortalium non accipio, sed adsum ut hæc omnia He-
 bræos doceam, ut uos ad unum omnes meis uerbis
 seruem. Ioannes ille intelligibiles scintillas emittēs,
 uiris uera pietatis lucens lucerna extitit: Vos uerò
 ad uertiginem unius horæ celeriter se circunnuoluen-
 tis, illius clari testimoniis perpurgati estis, aquis, ex-
 ultantes ad fulgurantem lucernam, aquis inquam,
perpurgati

perpurgati estis diuinis, ego uerò testimonium ma-
ius uoce Ioannis & sublimiorem uocem consector.
Opera enim, quaecunque pater meus dedit ut effecta
reddam, suapte sponte loquacula silentij tuba sonā-
tia loquuntur, hæc me præconio celebrant, & uocē
constantē eructant. Neque pater, qui me ab æthe-
re demisit, silentio quodam muto me destituit, immo
& ipse qui me demisit, ore celebri per uiros dei lin-
gua usos, quasi per manus tradita tabula, testimo-
niū uiuū mihi contulit. Et diuinæ formæ patris non
unquam spectatores fuistis, & non uocem eius au-
distis, neque sermones eius in aures firmas deponi-
tis. Neque deum filium, quem pater meus mundo opi-
tulatorem demisit, neque patrem qui misit suscipitis,
inquirete oracula scripta in libris à deo inspiratis, in
quibus uobis cursu temporis ualde se augente, spes
uitæ nō decrescentis posita est. Inter scripturas illæ
meum testimonium, Sermone interprete tuba immor-
tali ebuccinant, & cum scripturas uocibus prædi-
tas condidiceritis, uoluntarij ad me contendere non
festinatis. Honorem ab hominibus non accipio, sed
uos animis prorsus omni pio affectu uacuis existere
cognoui, neque patris & cœlestis & omnia nutu re-
nutuque suo moderantis amatores asseruatis. Ego
nominis patrij buccinator, mundo illuxi, & deum
me non suscipitis, & non patri fidem arrogatis.
Quòd si alius quispiam uir spurius, falsi nominis as-
sertor, deo aduersus uenerit, tunc illum inimi-
cum impostorē è uestigio stupore correpti, placide

NONNI PARAPHRASIS

excipitis, Vt quis dicere possit, germanum & legitimum recusarunt, spurium uero & illegitimum uobis obuersatum susceperunt: quomodo uero me, quomodo filium sermonem dei honore cumulare potestis, cum alius ab alio gloriam accipiat? Neque cogitatis, ut honor solius omnium rerum parentis dei uobis perspectus sit, reuera incassum speratis me apertis labiis uestri accusatricibus rabiem uestram coram patre meo exclamaturum esse. Vos in scripturis accusator alius accusat Moses ille legifer, primus ille qui de nobis famam distulit, in quo solo uestra spes diuina posita est. Si enim illius stabilem sermonem in aures firmas reposuistis, & in me fiducia defixa, mihi credite. De me enim uir ille diuinus, ueri studiosus scripsit, quod si illius scriptis, quae quidem deus mundo communicauit, fidem non adhibetis, qui nam magis nulla adhibita persuadendi facultate, uocem oris nostri in nulla scripta relatam, audientes susceperitis?

CAP. VI.



Dixit Iesus, & deinde trans mare Tiberiadis, naue multa transtra habente, aqua obtutui obuersantem traiciens, terram quae in propinquo erat, subibat. At populi uidentes miracula, quae quidem diuino sermone edebat, nimirum corpus uirorum adflctorum graui modo oppressum, a morbo uindicans, ad eum contendebant. Et Christus uiam soli fastigiosi iuxta solitarij ingressus, montem cacuminosum conscen-

scendebat, & discipuli eum in medio seſſitantem coronati circūuallârunt, & feri.e tripudiosæ, quæ Paſcha uocant, Hebræis cominus aderant, & per ſyluam arboribus refertam oculum ſuſtollebat, & populum peregrinum iter facientem, in propinquo aduenientem magno agmine, ita ut alius alium urgeret, conſpexit: & Philippum aſſidentem blādo ſuo ſermone aſſatus eſt: Dic unde emanus tot uiris ſuſſionem panum ex multo ſemine conſectorum? cælabat uero ſuam potentiam, & animum Philippi ignari pertentabat, ipſe enim quod quidē facturum erat, exploratū habebat. At Philippus triſtitia affectus, uocem propter miraculum emittebat: Populum arenis ſimilem, panes meſſura quadam ducentorum denariorum non obſaturare poſſunt, ut quilibet parua portione fruatur. Cæterum unus ex ſociis illis deo propinquis uocem boni nunciij effundebat, Andreas inquam, frater Simonis piſcatoris in udo aberrantis, regi Chriſto uocem cibi ſpem iniicientem emittebat: Eſt hic quidam puer, cui ſunt quinque panes hordeacei, & gemini piſces in mari ſalsuginoſo degentes capti, piſces inquam, gemini aſſati, ſed quid hæc inter populum multilinguem, & uno quaſi iugo coniuictum effecerint? Ieſus uero ſociis promptiſſimis edixit: Iubete ordines mixtos conuiuiarum ſuper terram diſcumbere: erat uerò illic multum herbe, & agmen connexum, & abunde ſuppeditans ſuper terram ſimul cibum ſumpturus erat. At conuiuariū numerus ad quinque milia multiformia ex=

NONNI PARAPHRASIS

erescibat, & in orbem super mensa multis foliis abundante discumbentes, quisque parieti uicino innitebatur. Et Christus acceptis quinque panibus hordeaceis, gratias agēs semper uiuenti patri, agitatione unguicruua manus connexæ, fregit eos & dedit cōuiuis, & omnibus edulium sufficiebat, & de geminis piscibus tantum capiebat quantum uolebat. Sed cum populum famelicum mēse multo strepitu apparatæ satietas caperet, Iesus discipulis simili animi affectione præditis iniunxit, omnia fragmēta, quorū multa sunt mēse affatim uictum subministrātis, uno celeri impetu colligite, ut nullum pereat. Et ministrum agmē sociorum nulli loco fixum, certatim huc illuc commeans ferebatur, manibus curuatis cumulum altū panum, quorum alius super alium iacebat conficiens, & de uiridi herba multas reliquias quæ redundārant, fortis cibi contrahebant, & ab uno quinario panū turba discipulorum, huc illuc in orbem inquirens ibat, dum duodecim orbes corbium ualde hiantis sinus differtorum impleuit. Et turba hominum, cum miraculum quod Christus uniuerso populo mutitanti, conuiuium panibus ultroneis subinde auctum, apparās ediderat, sensisset, exclamabat: Et alij quidem aliās, hic uerus est propheta quem celebrant, quem fama ferunt mundi æterni gubernatorem adfuturum esse. At cum Christus rex uocē illam sub pectore conceptam per se cognosceret, nimirum quod populi illic adfuturi essent, & ipsum ut rex prodiret, rapturi, saxum solitarium montis syluosi

syluosi subiuit. Et cum obscura caligo noctis uicinæ
accurreret, discipuli in mare quod in propinquo erat,
diffuebant, naue quæ maris currus est, in mari dedu-
cta, in littus terræ è regione posita, in urbem Ca-
pernaum grassantes appulerunt, caligo uero nigra,
uitta insignis totam terram obtexerat, et tuni-
cam in tergo diuersicolore in corpore comple-
xa, stringens uarium splendebat, nec adhuc ad di-
scipulos Christus, cuius desyderio ardebant, per-
uenerat. Et ingrauescente procella, fluctus propin-
quus maris sublatus crispatur. Et discipuli remiges
longis remis, aquam impetu uentorum commotans
sulcabant. Et cum triginta aut uiginti quinque sta-
dia maritima sulcassent, Christum uestigio non hu-
meato mari inerrantem, celerem maris profundi
uiatorem uiderunt, stupore uero correpti, muti fuerunt.
At Iesus discipulis consternatis dicebat, Mittite in
procellas stuporem, Christus ego sum, pernix maris
uiator. Et discipuli ipsum in nauem onerariam ac-
cipere conuenerant, et fluctus maris erat tunc, et
impetus existebat. Deinde nauis ultronea celeri agi-
tatione, uelut mens alata, nullo uentorum flatu ad-
iuta, sine remigantium ope, portui procul existenti
appellebat. Et cum aurora mane exorta noctis
caliginem discutens, saxum terræ Tiberiadis purpu-
reo colore imbuens descripsisset, populus trans ma-
re ualde lapillosum obtutui obuersum stans uide-
bat, quod iuxta magnum mare, prope littus humidum
fluctibus maris concussum, essent aliæ naues ordine

NONNI PARAPHRASIS

collocatae, & mutuo inter se coniuges, præter unã nauem solum, quæ quoque ociosa stabat. Videbat & populus, quòd ipse Iesus non cum sodalibus deo propinquis, in una illa naue quæ mare traiecerat, tunc conuigasset, sed quòd soli discipuli in terrã ex opposito sitam appulissent, alias naues naeti, ubi littora terræ Tyberiadis mare undosum reddüt, & uenerunt prope locum ubi populus numero carens super mensa ualde herbida diuinum panem, quem fregerat diuina manus Christi patri omnium rerum curatorum gratiam agentis, ederat. Sed cum neque Christum regem uictus procuratorem, neque discipulos Christi asseclas inuenirent, mutuis nauibus in urbem Capernaum contendentes, æquam marinã remigiis spuma luxuriantibus candidabant. Et cum Christum in propinquo uisum cis mare nunquam non fluctuosum inuenissent, eum cinxerunt, & blando sermone allocuti sunt: Rabbi rex, unde huc ad nauigasti? Iesus uero populum conuenam conuiuij rapidi procacem arguens, uiros errantes à cito perituro cibo ad conuiuium uiuum trahens, dicebat. Nõ me clam est, quid quærentes ueneritis, nõ enim propter miracula illa morbo affectorum reualescentiũ, quæ quidem & diuino sermone feci, & quæ spectastis, desyderium quoddam iterum in uobis concitatum panum diuinorum uos allicit, quãdo scilicet adhibiti conuiuæ, epulo populo numero uacanti apparato, de mea mensa satiati estis, sed cibum cito peruentem mittite, ut unã cum aura multum incerta auferatur.

feratur, sed magis cibum illum manentem mense semper durantis conficite, quem solus filius hominis uitae auctor suggerit, quia hunc deus Pater ob signavit. At populus Iudaeorum sciscitans, uocem audiendi cupidam rupit, Dic quid faciamus, ut opera dei conditione deum oblectante perficiamus? Rex uero Christus sermone respondebat: Hoc facto opus est, ut recta fide exculti, illum quem mundo exhibitum pater misit, suscipiatis. Et populi ad haec locuti sunt, Quale nobis cupidis signum conficies, ut diuinum opus nacti fidamus, quid simile maiorum nostrorum facies? Nostri enim patres e caelo incorruptibilem cibum prope saxum solitarium, Manna scilicet, ualde celebre spectarunt, ueluti sermo multis cognitus memoriae prodidit. Aliquando populo innumerabili, populo conuiuiae inimico, e caelo panem contulit. Iesus uero populum ferocem arguens dicebat, Non prius Moses uobis iuxta saxum solitarium, e caelo panem melle scatentem edendum dedit, sed pater meus fuit, qui etiam nunc uobis praestantior panem et sapientem et uerum de caelo dat. Hic enim existit panis, qui de caelo descendens, uitam quae omnibus curae existit toti mundo donauit. Et iterum chorus uirorum Iudaeorum ad hanc sententiam dicebat: Domine uitae, da edendum hunc uerum caeli panem, quem nulli corruptioni obnoxium esse dicis. Ceterum Iesus diuinum mentum explicabat, et uocem gratia referentem cum labris efferebat: Ego sum incorruptibilis panis uitae, qui uir mortalis me edit, non unquam feruida

uida

NONNI PARAPHRASIS

uida fame uexabitur, & omnis qui nostrā stabilem fidem in se fouet, nō unquam siti torquebitur, donec adhuc æuum late se profundens, & in obliquū serpens, cursum certo temporis spatio circumscriptum, cursu termino carente permutat, sed dixi uobis, quōd miracula uocis meæ oculis lustrastis, & non parenti creditis. Omnis mortalis quem pater meus mihi dedit, dei auspicio delatus, ad me uestigium suum flectet, neque & ipse uiros nuper fidei sacris initiatos, ad me uenientes exigam, sed animo lato eos excipiam. Non enim de cœlo ueni ut meum desyderium conficiam, sed patris, hoc uero est patris mei omnia gubernantis desyderium ut nullum ex his quorum mihi copiam fecit perdā, sed ipsum ex mortuis reducem, ex barathro caliginoso, superæ auræ cum dies ultimus appetit, reddā: hic enim est patris splendore conspicui nutus, ut omnis qui me uidet, oculum totum in me coniicit, in locum æternum uitæ futuræ perueniat, & ipsum ad uitam resuscitātū resurgere faciā, quando splendor illius extremæ auroræ illuxerit. Caro enī mea uerè uita existit, & sanguis meus reuera potus est, qui quidē uir & meā carnem & sanguinem simul gustauerit, is in me manet, & ego in ipso, pari, quod aiunt, iugo ero domus stabilis, domus sublata & sustollens: ueluti uero pater uiuens me mundo opitulatorem dedit, ita & ego ipse uiuo propter nutum patris mei in alto rerum potiuntis, & uir ille qui meum cibum edit æqua conditione ex me uita potiturus est. Hic enim est

IN EVANG. IOANNIS

est panis uitæ uerus & incorruptibilis, non quemad-
 modum antehac patres uestri in eremo arboribus
 consito, dulcem panem uiderunt, & exules errone-
 montium inter saxa mortem obierunt: uir terrenus
 hunc uerum panem mandēs, uitam uidebit donec æ-
 uum longi mēti undique canis capillum complectēs
 candidatur. Hæc Christus in terra Capernaum pro-
 fundo fundamento iuxta in lapidoso templo docens
 dixit: At multi discipuli hæc audientes, rabie mente
 uacua in iram elati, dixerunt: Durus hic sermo quē
 dixit, mihi uidetur, & quis poterit illum uerba fa-
 cientem audire? At Christus per se citra monito-
 rem, populum sociorum retro abiisse, & clancula-
 ria uoce iuxta Effrem submurmurantē cognoscēs,
 discipulis animo errantibus sic uerba fecit, Hic ser-
 mo animum uestrum incredulum lancinat, quid si i-
 terum filium hominis simul cum patre coruscantē,
 suas coelestes sedes unde profectus est, ascendentem
 uideritis? quid inquam, ubi hæc didiceritis facietis?
 Spiritus supernus uiuificus existit. Cæterum natura
 mortalis aliunde nata ex terrestri carne, nihil pro-
 fuerit: at fluor diuinus nostrorum sermonū quos in
 publico fundo, uita simul & spiritus & uera uox
 existit. Sed aliqui increduli rabie stolidi conciti,
 nati sunt, nouerat enim qui nam essent, qui & men-
 tem erroribus obnoxiam haberent, & qui procellis
 in mari uagantibus fidē committerent, tum quis uir
 ipsū Iudæis traditurus esset, animo agitatus cestro
 morbi rei argentariæ. Et illis rex Christus dicebat:
 quod

NONNI PARAPHRASIS

quod prius dixi uobis, non potest quis mortaliū sua uoluntate ad me uenire, nisi uir à nostro patre amore profecutus, hoc præmij à patre ei gratificante acceperit. Cuius sermonis gratia profugum sociorum longe discedentium agmen nullo loco fixum, pede retrocedente uadens retrocedebat, nec ut antehac mutabili animi habitu permutato, rursus ad Christum contendit. Porro dominus diuersa sapientem populum sociorum instabilium, iuxta populum conueniam retrouadentem inspectans, duodecim fide maiore ex cultis discipulis omnibus dixit: Nūc & uos ipsi unā cū alienigenis aufugere cōtenditis? nūc germani & legitimi discipuli spuriorū similes sunt? Et Petrus cui & Simoni nomen erat, dixit ei: Ad quem meliorem imus? Circunfundis enim melle scatentes fluxus sermonum uitæ æternæ. Et è libris mutuis maiorum edocti, minime uacillantes una & idem præseferente uoluntate credimus, quòd tu solus sanctus filius dei existis. Cæterum Christus rex suaui loquus Petrum credulum sermone uicissim affecutus est: An non ego omnem mētem uirorum gnarus, uos ex multis selegi, & unus in uestro numero est hostis, incertarum partium homo, uobiscum cibum capiens, diabolus nouus, alius inter posteros existens. Hæc dixit, Iudam Iscariotem furacem illum filium Simonis, magnum malum parientis, unā cum aliis mensæ accumbentem significans. Hic auri amore insaniens, Christum in retia dolosæ capture delatum, morti, uitam suppeditanti, traditurus erat. Erat uerò Iudas

das ille unus natus inter socios duodecim.

CAP. VII.

HT tunc dominus calceis innocuis, terram Galilææ maritimam peragrans, illic habitans manebat, non enim puram Iudæorum terram accedere uolebat, quòd filij Iudæorum ex sancto interitu letitiam capientes, ipsum dolo clanculario perdere contendebant. Porro ferie quæ in dei honorem comparatæ erant, populares iuxta solennes, cognomē à figendis tabernaculis adeptæ, in propinquo erāt, & quadriuges filij Ioseph Christi noti, se falso fratres eius asserētes, Christo propinqui ad eum festinantes, uocem unanimum attollebant, illic proficiscere, & quando ferie solennes appetunt, in terram Iudææ conterminam ire festina, ut discipuli incredulum iuxta errantem populum conuertentes, tua opera prudenti sermone affecta uidentes, ueterem tuam fidem restaurēt. Non enim aliquis mortalium clancularium opus cōtextit, opus inquā, inspectabili silentij caliginem obtectum, ipse uerò audax propalam esse uult, si hæc uaria miracula edideris, miracula uisa mundo ostende. Talia uero incassum dicebant, siquidem fratres, quāuis Christi omnia gubernantis existentes, increduli tamen ita ut alij erant, & ipsi immobilem fidei habitum præ se ferre recusarunt. Tum Christus rex ipsis sermone quodā mutuo dicebat: Nondum tēpus meum appetiit, uestrum uero tempus nunquam non promptum pariter & liberum circumuolat, nō enim

D

NONNI PARAPHRASIS

tandem mundus æmulandi furore percitus, solita rabiei procella, uos odisse potest: me uerò audacia quadam elatus odio habet & insequitur, quod solus uoce teste, iuxta uoce minime parcente, mundū delicti diuini grauidū arguo, & opera quæ conficit, aliena à lege esse clamo. Vos festiuitatem feriarum ualde celebrium adite, nondum ego tentoria nuper fixa iam honore prosequens, ad sacram festiuitatē accessero. Nostri enim temporis cursus nondum absolutus est. Sic hic quidem locutus ad sanctam sedē Galileorum longo capillitio insignium concedebat. At noti simulatque ad sacrum ascendissent, & ipse sero diuinum uestigium ad ferias ualde tripudiosas flexit, & Iudæi amica necessitate inquirebant, Quo mihi iuit? ubi ille? At à populo submurmurante infinitus sermo ex gutture tacito fluebat. Et populi diuinarum testem uocem locuti sunt, quod Christus sapiens sit, & miracula sublimia edat. Alij è contrario gutture uoces unanimes producente dicebant: Non sapiens, non reuera hic sapiens, populo uero coactō mentem quisque sermonibus clanculariis cælabat: hæc uero inter se colloquebantur. At de ipso id temporis nō aliquis ausus erat uoce quadam intrepida, liberis labiis solutis, Iudæorum metu cōsternatus, aperto quid dicere. Deinde Christus circiter medium cursum sacrificij sacri, sero uisus, ad sacrum ascendebat, & in templo lapidoso ordinem uirorum quasi uno iugo coniuictorum docuit, & agmen Iudæorum cordatū stupore super ipso corripiebatur, & ita
inter se

inter se alius post alium per uices loquebatur, Vnde hic per se uocem legibus consonam emittit, qui nane literas, quas non arte gnara didicit, compertas habet? qui nã literas, nullo præceptore usus callet? At rex Christus ex ore diuino, uocem interrogantibus expromebat, Mea doctrina nõ multiscia existit, sed patris mei qui me præmisit, est. Quod si uir aliquis uoluerit gratiam doctrinæ nostræ, cognoscet an patris cœlestis quoddam à deo datum donũ sit, an ego ipse ex propriis uocem ex meo prolapsam loquar: Omnis mortalis, qui suum altum honorem dixerit, ipse sibi ex propria sapientia testis existens, mortalis hic suam ipsius gloriam querit: qui uero nutum patris qui misit me conficit, is inculpabilis, uiam ueritatis carpit, & nihil in ipso impij residet. Et rex Christus rursum ipsis dicebat: Annon adhuc Moses uobis legem cædis uirorum ultricem dedit? Et unde auræ Sermonem dei altissimi rapuerunt? Neque aliquis uestrum legẽ perficit, quia omnes me solũ morte clancularia adficere conquiritis. Et populus ei dixit: Oestrũ demonis aerij animum tuũ agit, quis te trucidare desyderat? Iesus uero dicebat illis de prudente lege, propter quam populi coronatim sacro subdolo uultu, summum tegumẽ mēbri pudēdi solidi abscindũt: Vnũ opus feci, & id pro sano studio, & uos stupidi me reprehenditis, cuius gratia Moses circumcisionem legiferi ferri uobis tradidit, nõ quod Mosi, sed quod uestrorum patrum donum esset, & proinde iuxta datam quandam legem, quãdo iubar

NONNI PARAPHRASIS

Solidae aurorae septimae appetit, uirum à modo edito
 partu ferro circunciditis, ne legalia iuxta accepta
 Moyses uincula laxetur. Si uero mortalis sacra cir-
 cuncisionem ferro sacro suscipit, omnes grauiter in-
 festum minarum fastum in me concitatis, quod uirum
 totum, morbo in orbem redeunte perditum, meo prae-
 senti sermone, & non scissili ferro, uita reddens, id-
 que ipso die Sabbati uobis tradidi, ne reddentes gra-
 tiam aspectibus mortalium iudicate, sed iudicium iu-
 dicantes, sermonem uero discutite, & quod fas est
 temporali omnium aspectui praeponatis. Et aliqui
 ex sacra urbe Hierosolymorum dixerunt: Ceterum, an
 non hic est, quem incolae conglobati, ferro percussibi-
 li è medio tollere inuestigant? Ecce quomodo rursum
 immobilis uniuerso spectatori populo uocem diuinam
 propalam emittit? An principes urbis ciues nostri,
 audita uoce mortalium dei lingua utentium, quod
 hic Christus est, didicerunt? At rex Christus quando
 uenerit, nullus uir unde sit exploratum habuerit, ceterum
 hunc scimus. Porro Iesus, in templo argenti
 splendore conspicuo dixit, Me, & quae mea mentis
 praestantia, & qui sermo meus est prudens & unde
 scitis, & me unde sum, licet hoc silentio inuoluitis, con-
 pertum habetis. Neque uero mea sponte ad uos huc
 uenio, sed pater meus est uerus, qui autor meae ad
 uos profectiois existit, & ego hunc oppidò explo-
 ratum habeo. Siquidem ipse ab ipso profectus sum, &
 ille me ut huc uenire praemisit. Et aliqui caestros per-
 cipi, manibus inimicis Iesum comprehendere irruerunt.

runt. Neque uero aliquis ipsorum, manus suas graues ei intulit, quod ei hora, qua cæde adficiendus erat, à patre nondum uenerat, & multi ex populis coactis credebant, & Iesum sermone quodam concordie honore ornabant. At enim Christus rex populorum seruator, si unquam uenerit, præstantiora operibus his quæ hic elaborauit, miracula ore laboribus sedante fecerit? Caterum incredulus populus phariseorum mutuo errantium querulam iuxta effrenem populi multilinguacis & submurmurantis uocem audiebat, & Pontifices inuidia flagrantes, ministros, qui Iesum incomprehensibilem manu inimica comprehenderent. Et rex Christus quodam sermone obscuro, celerem & sua sponte incedentem horam mortis prædicens dicebat: Adhuc parum temporis in terra propter uos maneo, & celerem ad patrem meum qui misit me, redibo, & me regressi inquiritis, sed quanuis cupiditate mei ardentes, me non inueneritis, & uos agentes uestigium in uiam quam ego ingrediar, robur penetrare non potestis. Tunc populi illic inter se simul turmatim confabulabantur, Quo post paululum, ut non inueniri possit, iturus est? num uagus in urbem uicinam, ubi ordines ex omnibus Græcorum generibus sparsi sunt, iturus est? ut & liberos Græcorum ipsam suæ sapientiæ legem doceat? Quis hic sermo, quem teste populo dixit, est? Multum me tandem iterum me querere in animum induxeritis, sed nulli inueneritis, & non fas est, uos cupiditate ingrediendi inaccessibleem uiam, quam ego in-

D iij gredior,

NONNI PARAPHRASIS

gredior, accendi. Ceterum cum iam ultimus dies fe-
 riarum tripudiosarum appetiisset, Christus rex pro-
 pe templum lapidosum stetit, Si quis siti animum di-
 sturbante me accedens premitur, aquam fontis no-
 stri animæ conseruatricem bibat. Omnis enim qui fi-
 duciam in me conicit, seruabitur, & ut ueteri sermo-
 ne dei memoriæ proditum est, per uentrem illius sem-
 per mente præditi fluij, fluento per se fusili ac uiuo,
 aqua arcana renata, diuina ebullit. Hæc dixit, futu-
 rum tandem accessibilem splendorem spiritus, quo
 quidem omne credulum genus hominum multisemi-
 num, animo deum capiente, potiturum erat. Nōdum
 enim Christus rex, proximus assessor sedis patris ui-
 sus, humanis in uiribus radices egerat, multi uero cla-
 morem ex multo ore, labris fidei plenissimis populo-
 rum uno ore dicentium, effusum inaudientes, cla-
 mabant: Hic sermo quem scripsit, uerus est prophe-
 ta. Ceterum disensionis ignari, hanc cantilenā ha-
 bebant, hic Christus rex existit. At alij ex passis re-
 pagulis oris legis, sermone cōtentioso, oracula in-
 prudenti libro exarata dicebant: Num enim Chri-
 stus rex ex Galilæa maritima uenerit? Nōne hoc di-
 uina sors dixit? nonne regum sanguinem Davidis
 protopatris ferens, cui nomē Christo erit, Iudæis ap-
 parebit? Ex patria Bethlehem ouium fecundi, ubi
 David lyricen habitauit: & populo in factiones di-
 uiso, anceps quidem controuersia undique erat. Et
 aliqui uiri improuidi, iuxta inimici Iesum sub iniquo
 spiritu senum populi comprehendere tentârunt, sed
 ipsi

ipsi nullus manus iiecit, quoniã rursus ultima ratio
 nabilis horæ ipsi concedenti nondũ aderat, & mini-
 stri stupidi prudentes ad sacerdotes diis similes re-
 dierunt. illi uero dixerunt: Cur illum huc nõ adduci-
 tis? Et ministri minime errantes, sermone prudenti,
 iuxta necessitate quadam graui urgẽte, dixerunt:
 Non sic mortalis alius æqualem uocem edidit. Et au-
 dax multitudo Phariseorum impersuasibiliũ dixit:
 An & uos illius commentis fidem adhibẽtes, qua e-
 stis mētium lubricitate, à uera uia abducti estis? An
 aliquis principum, aut mente præditorum Pharisæo-
 rum in ipsum credidit, præter populare illud ini-
 quum & errabundum agmen, quod legis ignarum
 execratione plenum debacchatur? At Nicodemus
 nuper apud Christum uisus, uocem reprehensibilem
 turbæ densæ fundens iuxta omnes arguens, respon-
 debat: An uero diuina Iudæorum lex, furore graui-
 uirum prius condemnat, q̄ uocem eius loquẽtis certã
 audiens, & opera quæ quidem fecit teste sermone
 intelligens, sententiam fert? Tum chorus Pharisæo-
 rum sedulo sacris operantium, Nicodemum à repre-
 hensione alienum reprehendens, contra intonuit,
 Num & tu sanguinem Galileum fers? librũ tibi re-
 spondentem euoluens, si quæris habueris, & tibi co-
 gnoscetur, quòd nondum Propheta uario sermone
 præditus, ex Galilæa excitatur. Porro Iesus fundens
 uocem populi conseruatricem, dicebat.

NONNI PARAPHRASIS

CAP. VIII.



Vm lux mundi splendore destituti, qui
 uir fido animo excultus me secutus fue-
 rit, non unquam pedibus errabundis in
 umbriformi noctis caligine uadit, sed
 in ipso lumen stabile uitæ inerrabilis habens luce
 lucere poterit. At populus Iudæorum furibunda uo-
 ce uociferabatur, proprium testimonium sermone ar-
 rogante iactas, sermo tuus ipsius nõ uerus testis est.
 Caterum & ipse Christus imbrem diuinum linguæ
 æternæ expromēs, dixit: Si & ipse testimoniis meā
 ipsius gloriam auxero, sermo meus testis à uero alie-
 nus non est. At ego solus utrūque cognitum habeo,
 & unde uenerim, & quorsum uado: at clam uobis
 est unde emerferim, unde institerim, uos meam hu-
 manā formā introsipientes, secundū carnē uirilem
 sermone inscio iudicatis, ego uero ore soluto neminē
 iudico. Quòd si certe & iudicarem, certum iudiciū
 staturus, & meum iudicium uerum, & nulli reprehē-
 sioni obnoxium esset. Nõ enim solus sum qui arguo,
 sed patrem meum in alto rerum potiuntem, & com-
 munem meum concertatorem consector. In legibus
 uero uestris, in libro diuina lingua utente iuxta pri-
 denti exaratum est, Testimonium geminorum uiro-
 rum existit, ego uero fidus sum, & mihi ipsi testis.
 Tum & pater meus commune testimonium pronun-
 ciat. Enimvero Hebræi mutuo quodā sermone Chri-
 stum interrogabant: Ecquis pater tuus te seuit? Et
 ipse dixit: Vos ægre credula uoluntate utrunque
 ignoratis,

ignoratis, neque me filium qui in mundum ueni, neque patrem qui me misit, nostis. Si enim me cognoscetes, potentiam meam fideliter accepissetis, & patrem nostrum utique cognouissetis. Has diuinas doctrinas dominus ad populum dixit eo, ubi est locus, cui à conseruãdo thesauro Gazophylacio nomen inditum est, ubi multi ciues uaria dona asportantes congregabantur, neque ipsi Christo aliquis manus iniecit, siquidẽ mortiferum à deo immissum horre ultime uestigium ei nondum uenerat. Et Christus rex dicebat illis: Ego ipse meam uiam capessam, uos uero omnes erronei, stultam quandam uiuendi rationem complexi, à senio horridum finem, cuius delictum usque ad capillos æquales & canos persequentes, aspexeritis. Vbi uero uestigium multum uersatile pueri mei dirigo, uos audacia inquirendi studio dedita, uenire non potestis. Tum populus audax Hebræorum hæc audiens, mente noxio stolido sermonis fluxum fundens, tumultu abatur, an uero laqueo se strangulare, an gladio interitu ultroneo per uentrem impulsio, mortem sibi consciscere uult? Iesus uero sermonem contentiosum fundens ad populum pestilentem, diuinum mentum explicabat: Vos estis ad ueniam ex barathro inferno, uos deorsum estis, & ego sursum huc adsum: Vos estis genera mundi huius uani, uos mundi pestes estis, ex terra sanguinem afferentes: ego uero in honore nullo fine circumscripto, mundi hospes sum, & mortalem patrem nõ noui, hospes ego mundi, & cœli ciuis existo. Proinde

NONNI PARAPHRASIS

uobis dixi, quod morte quadam corruptibili, usque ad
 sepulchrum in insania uestra occallescentes, pecca-
 tum persequentes, illud ætatis uestræ spatium æquale
 facturi sitis. Et reuera, quidem, nisi me cognoueritis,
 & quis, & cuius parētis sum, pleni impietatis morie-
 mini. Ceterum populus Iudeorum superbo animo præ-
 ditus, uocem audiendi cupidam rupit: Tu quis es?
 Et Christus dixit: Quod quidem ab initio uobis di-
 cebam, innumerabilia essent, quæ & de uobis dicen-
 da, & iudicanda forent, sed qui me generi uirili mi-
 sit, uerax est: & reuera quæcunque ab illo audiui,
 ea omnia constanter mundo imprudenti denuntio.
 At uero populi non intellexerunt, quod de patre eis
 dixerat. Enim uero Iesus solutis labiis respondebat:
 Quando pio robore sapientem filium hominis exal-
 taueritis, tunc & ipsi cognoscetis, quod citra deum
 genitorem nihil conficio, sed ut pater meus mihi in-
 iunxit, sic me facere: si quidem & pater in alto rerum
 potiens, mecum apparet: neque me solū liquit, quo-
 niam omnia quæ patri meo placuerunt, cum summa
 obseruatione, in tempus constanter se mobile facio:
 Cum hæc Christus clamaret, ordines uirorum multi
 seminum, colla immota fidei submiserunt, Iesus uero
 populo recēs credulo sermonē dicebat: si in me fidu-
 ciam conicitis, in sermone nostro uos gubernante
 manete, tunc & ipsi uiam ueritatis deum delectatio-
 ne afficientis cognoscetis, ueritas uerò uobis creden-
 tibus diem liberum sufficit. At Hebræi sermone quo-
 dam concordi dixerunt: Nos ferētes sanguinē nul-
 li

li domino obnoxium, Abrahamæ antiqui patris, uiri affluenti opibus, non ullius uiri imperio ceruice inflexa obnoxij facti sumus, & quomodo nobis dixisti? Vbi uita functi fueritis, liberi estis, iuxta ac tranquillitatem ueritatis effrenem inspexeritis. Cæterum Iesus supra modum uiolentum agmen arguens, docuit: Omnis mortalis mente leui peccatum perficiens, peccati seruus existit, & in immortalis iniustitiæ domo habitans, seruus æternus nõ unquam manet. At filius uitæ auctor, & irreprehensibilis, patriam domum habitans manet, dum æuū incõprehensibile, cursum temporalem interequitans stabile circūuoluitur. Porro si filius ablata seruili necessitate uestra, frondibus liberis capillitiū coronauerit, resoluta coriorū uincula peccati, per omnia uerā libertatis diē tādē nacti abieceritis. qd̄ Abrahami uiri sanæ mentis filij estis, nec me latet, uerum me morte clandestina uita exuere inquiritis, non enim sermo meus mentem uestram subit. At Hebræi mutuo quodā sermone insonuerūt, Abraham primum seminariū generis nostri existit. Iesus uerò uocem uicissisonam fundens respōdebat: Si Abraham primū generis uestri seminariū, uos prudentes liberos produxisset, & Abraham diuini patris pariter & hospitalitate clari opera fecissetis. Vos estis genus quod cum deo pugnat, & si manus dolo se cædis interitu contaminatis, genus operibus aduersariis confirmastis. Abraham uirum inculpatum occidere non contendebat, Abraham non hoc deo infestum fecit, sed uos patris ex dolo consuti opera

NONNI PARAPHRASIS

contexere contenditis. Et audax Hebræorum popu-
 lus hæc audiens, iterum dixit: nos nõ sumus ex spu-
 rio meretricis cubili nati, sed deum solum unum pa-
 rentem unum scimus. Iesus uero populo audienti ite-
 rum uerba fecit: Si deus æthera habitans, pater ue-
 ster existit, certe & me ex uno patre progeneratũ,
 insolubili amicitia inconcussæ uinculo complexi es-
 setis. Siquidem ego à deo delatus in mundum uenio,
 & cur non uocem meam diuina consilia edicentem
 eognoscitis? uos nõ unquam sermonem meum audi-
 re potestis, uos filij patris inauspicati, occursus de-
 monis aduersarij filij estis, & omnes sollicitudines
 uariis desyderijs iactatas patris uesani perficere cõ-
 tenditis, semper ille uiricida fuit, ex quo mundi fun-
 damētum iam inde ab initio iactum est, neque in ue-
 ritatis diuinæ lege mansit, non enim in ipso ueritas
 erat, & quando consilio obliquo uaria garriēs, ser-
 monem hominum impostorem emittit, ex propriis lo-
 quitur, quoniam mortiferam uitæ cõsuetudinẽ au-
 gens, mendax ipse ex patre mendaci natus est. Ipse
 uobis dixi, & non sermoni creditis, quis hominũ in-
 ter uos ipse me ullius delicti amore captum esse reũ
 agere poterit? Et si uerum dicam, cur mihi sana mē-
 te prædito non fidem adhibetis? Omnis sapiens uir
 erga deum uerum iucundo animo, mentem habens,
 sermones cœlestis dei uiuentis audit, uos uerò diui-
 nam uocem audire non festinatis, quoniam non fi-
 lij noui, patris uitam suppeditantis, existitis. Et au-
 dax populus Hebræorum hæc audiens, uerba stulta

&

Et mento noxio fundens, dixit: An te male iudicantes consilio gnaro arguimus, quòd deus fictitius, ualde apud Samaritanos celebris, te agitat, et te furioso quodam sibilo circumuolans, ad insaniam usque adigit? Iesus uero iterum populo ægre credulo dicebat: Non me stridor furoris dæmonis furui insequitur, sed deum uiuum meum patrem honore pio prosequor: uos uero temere garrientes, me multa ignominia, sermone mordaci incessitis. A uobis honorem non ambio, est in altis nubibus habitans, qui et meam gloriam querit, et illam semper adauget, et tunc magis indicat: Amen amen dico, quisquis ordinem sermonum meorum à deo prolocutorum susceperit, et in mente imprædabili seruauerit, non unquam acerbum interitum intuebitur, donec æuum multum uersatile manserit. Dixerunt uero populi: Non adhuc uerò didicimus, quòd te æstrum aereum rabiei dæmonis pessimi agitat? Abraham uir tantus mortem uidit, neque propheta dolores ineffugibilis interitus fugere poterant, et in tua iactatione altum fastum profundens, audacia quadam elatus dicebas: quòd si mortalis nostros sermones seruauerit, ipse interitum non gustabit. An non ipse Abraham patre nostro uiro deo credente, melior existis? qui mortem ineffugibilem obiit, et omnes propheta mortem experti sunt: dic cui ueterum te ipsum similem feceris? Iesus uero labris diuinis solutis dicebat: Si me ipsum laudibus uexero, et arrogante sermone usus fuero, me ipsum magnificiens, meus sermo nihil proderit.

NONNI PARAPHRASIS

derit. Est pater meus qui me honorat, qui me ad hu-
manum genus præmisit uenire, ut mūdo rectā uiam
monstrarem, quem deum uestrum sermone iniusto no-
minatis. Sed ego ualde ipsum noui, si enim dixero. &
ipsum non norim, iam & ipse similis uestrum impo-
storum esse uidebor. Sed ipsum, sed ipsum noui, &
ut me facere mihi iniunxit, ita moribus immutabili-
bus facio. Abraham pater uester, diuinum uestri ge-
neris seminarium, diem meum multum optabilem in
animo uidere exultabat, uidit, & in letitia incessit.
Porro populus Iudæorum stupore correptus, uocem
contrariā effremuit. Nondum multū flexibili cursu
temporis uolubilis, cursum annorū quinquaginta ex-
plens, Abraham qui multis ante annis fuit, uidisti? Di-
xit & ipse: Priusquam Abraham genus habuit, ego
fui. Populus uerò graui insania percitus, iuxta fe-
rox, lapides graues habens, affluebat. Adhuc ipsum
uerba facientem, aspera cuspide iactus lapidū perin-
de ac si nix caderet, obruere prompta existens. At
Iesus incomprehēibilis, sub sinu tēpli occultabat se,
tacitis pedibus ex medio illorum incedēs, inuisibilis,
agmen ad lapides prōptū linquens, tēplo excessit.

CAP. IX.

Sic quidem præteribat, & inter uiam ui-
rum sedere sensit, quem horæ partus, ex
utero matris oculis captum adhuc pal-
pitantem uiderat. Et hic quidem uagus
erat, præditus aspectu, uultus nullis oculis conspicui,
denso, non in certos oculorum orbis, uel diuiso, uel
de-

descripto, aspectū natura omisso palpebrarū circu-
 lo nō effigiauerat, caligo tumidū peregrinū oculū
 ex ipso ortu occupārat: & aurora auriga, semina-
 riū uitæ, talem oculis orbatū infantem, mūdo equa-
 li non unquam adduxerat. Porro agmen sociorum
 quod cum Iesu simul proficiscebatur, Iesum interro-
 gabat, Rabbi, dic discipulis interrogantibus, quis de-
 liquit, an hic iniuste faciens, deū perturbauit, an pa-
 rentes? dū ipsum equalē caligini suæ, graues obste-
 trices ex matris utero opera obstetriculæ eruerūt.
 Iesus uerò, teste uera uoce sic docuit: Neque hic iniu-
 sta faciēs deliquit, neque parētes, sed hoc mali à deo
 sortitus est, ut per ipsum opera dei patris malorum
 depulsoris innotescant. Necessitas nos urget, ut ope-
 ra dei altissimi uiuētis perficiamus, dū adhuc auro-
 ra illucescit, non ita multo post nox caliginosa ue-
 nerit. At nocte ueniente, nullus uir aliquid operis cō-
 texere poterit, faciā quidē donec dies augefcit: Lux
 ego sum mūdi caliginosi, donec in mūdo uersor. Di-
 xit rex Christus, & ex diuino orē, in terram siticulo-
 sam, spumā dentiū dolorum discussorem, pariter &
 per omnia candidam expuit, & in terra spumā co-
 agmentatā conuoluens, ex spūto lutum lucis recupe-
 ratoriū confecit. Et cū lutū illud humidū, aspectui
 uiri, uidēdi acumine uano illeuisset, oculū uiri, quē
 natura suppeditare nō potuit, effinxit, uiri oculū ef-
 fixit, & descriptis binis orbibus ī uultu, oculis uacuo
 ī medio aspectū exculpsit, formauit nouos oculos ex
 diuino luto, ex puluere hūano, & diuina uoce dixit.

Adsis

NONNI PARAPHRASIS

Adsis mihi, & tuum corpus purga, ubi aqua popularis Syloam fontis propinqui fluit, aqua in qua, quæ à te ad illam missa, missi cognomen habet. Christus dixit, & cæcus accelerabat, & iuxta fontem manibus profundis aquam, quæ ei lucem restitutura erat hausit, lauans oculos caliginem relicturos aquis fontanis. Et abluens rotundos oculorum orbes, aspectus modo effigati derepente, lucem quam natura sufficere non nouerat uidens, serum splendorem insueti Solis accepit. Et uiri aduenæ ipso conspecto, quod splendorem uultus nouis oculis ornati emitteret, uiri uicini populo gnaro dixerunt. Nonne hic ille existit cæcus in urbe ambulo, qui antehac manum dextram consuetam prætereuntibus hominibus obiectam porrigens medicabat? Alij uero mutuo quodam sermone contra intonuerunt. Non est, non est ille, solū illi similis esse uidetur. At uir ille dicebat, ego sum. Audiens uero populus Iudæorum uocem audiendi cupidam rupit. Quomodo oculi tui proiecti aperti sunt? Ceterum uir ille deo charus Hebræis dicebat. Vir ille, qui Christus uocatur, quem populi Iesum uocant, oculos meos aperuit, ex labris enim spumam sapientem expuebat, & in terra summis unguibus multum uersatilem humorem uersans, ex sputo lutum fecit, & meum aspectum perunxit, & me ire iussit ubi est fluxus Syloam: ego uero prope fontem ueniebam, & circum agilis in fluente malorum depultrice syluæ umbrosi oculi abluens, derepente lucem quæ aspectui meo prius deerat uidi. Porro Hebræi effrontes sermone

mone

mone imprudēti interrogabāt: Vbi est, Vbi est ille? Hic uerò sermone prudēti respōdebat Vbi ille sit, me fugit. At populi cæcum illū ad sacerdotes diis similes habitos, tandem ducentes contenderunt. Erat uerò tūc diuina septima aurora ab operibus aliena, in qua Christus lutum fecerat, & lutum aspectui exclusa cæca à palpebris caligine effinxerat. Et populus maxime incredulorū phariseorū ipsum cæcū interrogabat, quomodo palpebrarum lucem sortitus esset. Hicq; audax uir dicebat: oculis nostris diuinū spūm imposuit, oculosq; exculpfit, ego uero in fonte proximo lutum aqua abstersi, & scio oppidò obseruans. Et quidam inuidi phariseorum, non potentium tacere, dixerunt: Num à deo existit hic, qui sacra iura pedibus conculcans, non septimum auroræ à laboribus feriantis cursum obseruat? Alij uerò è gutture similes uoces reddente, uicissim clamârunt: Mortalis uir & peccator, hæc omnia signa multifaria edere non potest. A populo uerò contentiosobifariam diuiso, gemina uox edebatur, & multus utrinque litigiosus tumultus de uiro cæco erat, & omnes dixerunt: Tu uero quid consilij habes de illo in animo? ecquid mihi consilij dederis? Et uir ille qui nuper uisum acceperat, sermone confidenti, intrepidus, audacia sumpta dixit: quòd diuinus est propheta. Cæterum populi uoci ueræ uiri, qui aliquando oculis captus fuerat, & lucem in aspectu suo acceperat, non fidem arrogârunt, nisi prius increduli Pontifices notos uiri qui uisum acceperat, parentes

E

NONNI PARAPHRASIS

accersiuissent: quos utrosq; uocatos, Pōtificates ser-
 mone graui emulatione pleno interrogarūt. Est hic
 uester filius quē ciues predicant, quòd ex utero ma-
 tris cæcus prodierit, & tandē sero perfectū oculorū
 aspectū acceperit? Et parentes mēte præditi mēda-
 ces, timore perculsi, sermonē dissimulantes, dixerūt:
 Scimus hunc hominem, qui oculorum iubar sortitus
 est, nostrum esse uerum filium, & ipsi compertum
 habemus, quòd ex matre sua infans in lucem pro-
 serpens, nullo degustato adhuc lacte, adhuc par-
 tum spirās, cæcus fuerit, quomodo uero undique for-
 mosi oculi ei aperti sint, & quis caliginem à caligi-
 nosis palpebris depulerit, nos ab omni reprehensio-
 ne alieni, exploratum non habemus, uos filium, qui
 nuper uidendi munere donatus est, huius rei gnarum
 sciscitamine ea, quæ parentes fugiunt: Nō infans il-
 le existit, ex Ephēbis excessit, uocis alienæ non indi-
 get, de ipso enim ualde uiridis iuuenis hic ferens mē-
 suram perfectam iustæ incrementis pubertatis, uerū
 sermonem dixerit: Talia parentes præ metu dolosi,
 metu Iudæorum conterriti dixerunt, oppidò enim
 insani, Christi emulatione præditi operum immuta-
 bilium ergo, edictum uniuerso ore credulo populo
 euulgârūt, ut qui ipsum animo susciperet, & de Chri-
 sto uerba faceret, ne diuinam deo dicatam domum
 attingeret. Et hæc Helena est, ob quam parentes He-
 bræis dixerūt, iuuenem gnarum interrogate, & nō
 est necesse parentes uobis aliquid dicere, hic quidē
 absolutæ & ualde magnæ pubertatis annos ingres-
 sus,

sus, uobis percunctantibus omnem rem poterit enar-
 rare. Et pater cæci miraculo percussus, in uocē pro-
 rupit, nomen pueri in uultu pupillis resplendēte ocu-
 los uidens, idque lingua clādestina, ne hostile agmē
 audiret. At principes sacerdotum emulationis furo-
 re tacti uirum cæcum, qui errare huc illuc consue-
 uerat, uocantes, allocuti sunt: Fili, da gratiam deo in
 alto rerum potiunt, qui te seruato lucis oculorum ti-
 bi copiam fecit, at hic uir quē tu honore adfcis, uir
 est peccatis obnoxius. Cæterum uir audax Hebræis
 dicebat, Sanē an hic peccator existat, clām me est:
 unum solū uerē in animo constat, quōd ab aurora or-
 tus mei ego cæcus in lucem emerferim, nec me fallit,
 nam probe obseruās scio. Et chorus Hebræorum uo-
 cem audiendi cupidam rupit: Dic quid tibi sua arte
 pleno luto fecit, quū nam tuam caliginosam caliginē
 absterfit? Et uir intrepidus liberā uocem eis edidit:
 Aliās rē uobis dixi, & non uocem audiuiſtis, cur
 nā iterū hoc à me audire contenditis? Num deus ani-
 mum uestrum mouet, ut & ipsi diuini Christi spurij
 discipuli existatis? Hi uerò ē uestigio sermonibus
 uiciſſim editis, in probra ruebāt: Tu ipse illius legū
 præuaricatoris discipulus esto, nos uerò patris Moſi
 pietate insignis & socij sumus, & eius uoci dicto au-
 dimus, hunc uerò non scimus. Tum uir respondebat:
 Hoc enim multo maximum miraculum est, quōd hic
 qui meos oculos aperuit, uobis ignotus sit. At ſci-
 mus, quōd deus pater uniuersa gubernans, uocē uiri
 peccatoris audire nō nouit. ¶ si uerò uir est pietati

E ij deditus,

NONNI PARAPHRASIS

deditus, & qui pura mente dei edicta perficiat, hūc deus subitus rerum autor precantem audit, ex quo dum æuum multiforme, iuxta omnia nutriēs auge= scit, talis sermo non unquam auditur, quod aliquis uiro sortito oculum multum celebrem, in uultu uidē di facultate uacuo lucem contulisset. Viro inquam, ex sinu matris aurora laborem in pariendo faciēs, oculis orbatū uiderit, nisi hic esset regis cœlestis ho mo, tantum miraculum solus non unquam perficere potis fuisset, & sacrifici uirum hunc inuidiosa uocē aggrediebantur. Hic uir totus peccatis cognatus, obstetricis opera in lucem editus est, & tu nugator hæc sapientes sacerdotes doces, & ipsum unanimi consensu è templo eiecerūt. Porro Iesus auditu gnā ro cæcum à superbis sacerdotum principibus è tem= plo eiectum esse audiebat. Inuenit uero ipsum & di xit, Crediñ tu, filium cœlestis regis honore profe= quēs? Vir uerò uocem edebat, Domine, ecquishic est de quo dixisti, ut eum honorem. Iesus uerò responde bat: Hic est quem & oculis uidisti, & qui tecum iā sermones cedit. Et ille dixit, Domine credo, & capi te super terram inclinato, pedibus diuinis, collum e= rectum inflectens, candidas plantas calceorū ex mul tis coriis cōsutorū cōplicauit. Iesus uerò sermonē mē tis sanæ audiens, respondebat: Ad iudicium gemi= num oppidò uarium ueni, ut illi quidem, qui prius luce isuetæ auroræ orbati, oculis acceptis uisum ac cipiant, acumine uero uidendi præditi, fulgore desti= tuantur. At populus Phariseorum propter Christū,

&

et euntiū et adsectantiū, Christo dixit: Nūc et nos palpebris dubiis præditi, cæci sumus? Iesus uero populum incredulum attingens, loquebatur. Si splendor oculorum uestrorum caliginem effugisset, uos omnes delicti ignari essetis, iam lumen uidentes et uos cæcutitis, cæco enim magis animo, quam oculis uidendi acie priuatis existitis: qui enim uiri in delictis perdurant, oculis incassum uident.

CAP. X.



Men amen sit numero testis inconcussi, qui ostium bene muniti stabuli ouium intus latentium præterierit, et uictor aliunde, accessum quædam obliquum et obscurum ascendens serpit: uir hic, quæ sua est latronis audacia, latro existit. At qui currens nullo facto flexu, rectum ad stabulum uenerit, hic pastor est, ouium curam gerens, et ianitor huic uenienti stabuli ostium manifeste aperit. Tum oues, et audientes et cognoscentes uocem pastoris, sanè quàm saliant: et pastor iuxta atrium diuina uoce greges ut pabulentur prouocat, adhæc extra stabulum balantes oues letas educit. At aciem gregis instructam educens, ipse præuius ad pabulum dux itineris existit. Porro grex multiformis, pastorem sequens pede retrogrado, roscida prata petit: et oues hospitis et alieni uocantis, insuetam pastoris uocem nec audiunt, nec audire assuetæ sunt, at pastorem illum spurium prætereuntem fugiunt. Talè sermonem intricatum Christus habuit. At post

NONNI PARAPHRASIS

pulus ex sermone illo se extricare non poterat, & quāuis prope hęc quę Christus diuina quadā, sed obscura uoce dixerat, audiens, nullus intellexit. Iesus uero populo graui emulatione capto dicebat. Ego sum omnibus patens ostiū stabuli multum hiantis ouium. Omnes quotquot prius calceo clandestino uenerunt, fures dolosi fuerūt, unde greges ouium ipsa uoce latronum utentes, non audiebant: Ego sum omnibus patens ostium, ostium oues seruans. Qui per meum ostium uadens, stabulum nostrum subiuerit, is intro uadit, & redux iterū graditur, & pabulum inuenerit, & uir semper saluus fuerit. Ceterū latro noxius stabulum non unquam petit, nisi ut remotis testibus, aut oues furto sublegat, aut ut oues pdat, aut inimica ense eas diffecet. At ego à patre, ut oues meas seruem ueni, & honore quodam magno, uitā futuram, quam tempus corrumpere non potest, sortiantur, aut abundans abundantius accipiant. Ego sum bonus pastor, bonus uero pastor, ouium curam gerens, & nec uitę suę parcat, sed pro suis ouibus precium redemptionis immolabit. At mercenarius, pastoris nomen sibi sumere nequit, cum lupum hostilem raptorem ouium, cominus uenire uidet, celer relicti incustoditis huc illuc balātibus gregibus ouium, occulte fugam adornans abit. Nō illi curę oues alienę sunt, quōd ipse mercenarius existit, & lupus uersutus rapaci gutture oues inuadit, eas pastore nō presente dissipans. Ego pastor bonus sum, & greges pulchre pasco, & oues meas cognosco, & ipse

se

ſe me diuinū paſtorem æ quali gemina lege cognoſcunt: ut pater me nouit, ita & patrem noſco, animam uerò noſtram propediem pro ouibus ponam. Sūt & alij multiformes greges ouilis, qui nō ex hoc uno deū ſuſcipiente ſtabulo nati ſunt, alienigenæ, & neceſſum eſt, ut & eos noſtræ uoci audientes cōgre gem, & utrinque unū ouile, uno paſtore præſidente erit. Pater meus hac gratia me amat, ꝓ animā meā pro ouibus poſuero, ut ipſam in me redeuntem iterū capiam: neque enim ulla res humana me illa priuabit, non tempus clam accedens, omnia domans, indomabilis, non ſtabilis conſilij neceſſitas, ſed ipſam (animam dico) me apte ſponte, uolens uolentem pono, & non ita multo poſt, habens ex me ortum robur, capiam. Hoc à patre in alto rerum potiunte, in mandatis habeo: & ut animam ponam, & iterum gemina conditione capiam. Et populus Hebræorū hæc audiēs, iterū factioſi erant, & multi multifoſo ſermonē loquebantur: Hunc qui uerba facit, uariis procellis immittite, demonium affectatur & inſanit, ſtolidum hunc miſſum facite, ecquid ſermonē inſaniacorrepti audire feſtinatis? Alij uerò contra ex gutture, æmulatione ſimili correpto, dicebant. Non hi ſanæ mentis ſermonum fluxus, inſania perciti, non hæc ſtolidi facta ſunt, Num tandem demon ipſe, deſa caligine obrutus, oculos cæci aperire poterit? Et ruruſus dies comitalis erat, in quo populi anniuerſariā memoriā peragebant eius, quod Salomon adfabra arte ſedes templi extruxerat, illam antiquam

NONNI PARAPHRASIS

celebritatem feriarum diuinarum, in lege edictarū
 renouabant, & tunc densa hyemis hora aderat, Ie-
 sus uero pedibus calcans diuinum & multifarium
 ædificij pauimentum, templum sacrum à patre uete-
 re Salomone cognomē sortitum subibat. Et Hebræi
 grauitè insania commoti in uno loco simul iuncti,
 coronatim Christum uallabant, & stolido sermone
 dicebant. Et quousque tuis sermonibus mentem no-
 stram subducis? si tu Christus uerus uenisti, nobis cō-
 gregatis propalam dicitō, ecquid & tuum nomē cæ-
 las? Ceterum Iesus simul omnibus alte dicebat. Non
 raro, non raro uobis ipse dixi, & non sermoni fidem
 adhibetis: opera quidem quæ facio, patriam uim ac-
 cersens, hæc testantur, hæc prudenti silentio, diuinā
 hominibus loquacem formam loquuntur. Et hæc uos
 oculis uidetis, & non mentibus creditis, non enim ex
 genere facile credulo ouium mearū estis, quia greges
 ouilis mei auribus letis uocem meam audiūt, & me
 ducem consequuntur. Cognosco uero oues meas, &
 ex æquo omnibus uitæ futuræ æternæ copiā facio:
 non unquam ouilis, non unquam gregis huius memo-
 ria interibit, donec æuum ultroneis motibus conne-
 xilibus se in orbem uoluens manserit. Neque quis
 meum prudēs ouile, ex manu nostra rapere poterit,
 quia pater meus, qui mihi greges ut pascā dedit, om-
 nibus superior est: ipse ego, & pater meus, rerum cu-
 ram gerens, unum genus, insitum, per se natum, un-
 de plantæ infinitæ mundi pullulāt, sumus. Dixit rex:
 Populi uerò confluebant, & à terra lapides attolle-
 bant,

bant, ut lapidaria rabie, Christum torrentis in modum emissis sagittis obruerent. At Iesus uocem multum querulam fundens, respondebat. Multa bona à patre nostro in alto rerum potiunte uos, quæ quidē didici opera, docui, pro quo opere diuino, letalem talionem rependentes, in me sagittis lapideis armati estis. Porro populi uicissim intonabant. Non gratia boni alicuius operis ciues rabie inflammati, ut te lapidea tunica occulerent, congregantur, sed propter grauis linguæ mentum tuum, quòd germen humi nati generis habens, mortalis existens, te deum esse dicis. At Christus in se contēdenti populo, sermonē minime contentiosum dixit. Nonne lex uestra hæc scripta adfert, ego dixi, dii estis, & si aliquos terrestriū hominum, ad quos nūc sermo dei somnio similis peruenit, scriptura legis uestre deus appellauit, & uox libri scripti dissolubilis esse non potest, de sermone quem ipse pater mundo contulit, & sacra pura manus lege signauit. Vos insania commoti, hunc sermonem stolidum dixistis, quòd ego dixerim filius dei uiuentis sum: ego nisi opera patris nostri uitam supeditatis perficio, ne unquam mihi credite, sin uero sermone uitā impartiente opera digna patre nostro æterno facio, operibus nostris, quæ quidē aspectus testis uidit, credite, ut cognoscatis ex sermone quodā diuinitus inspirato, & pater meus in me existit, & ipse prope uisus, indiuisus à patre, uno iugo cum patre iunctus sum. Cæterum imprudentes quidam uiri, Iesum incomprehensibilem comprehendere tentabāt,

NONNI PARAPHRASIS

ipse uerò pede anteuertente ex manu impiorum uadens, in terram fluentem Iordanis secedebat, & eum euntem ineffabilis turba uirorum simul euntium secuti sunt, & alius alij uocem credulam fundens dixit: Ioannes stabilis sermonis uir, nullius miraculi uideendi copiam populo spectatori ostendit, omnia uero quaecunque ille fecit, de hoc uera esse oculis non errantibus obseruo, & illic multi uiri gratia operum inimitabilium, filio Dei crediderunt.

CAP. XI.



Rat uerò uir Lazarus ex illis qui morbida febre premuntur, intra celebrem Bethaniam à uilla Marthæ & Mariæ. Maria uero dicebatur illa pulchricoma Christi dei hospita, quæ eius pedes utrosque rore unguenti odore unxit, & capillis abstersit, & à plantis diuini mane uisa lachryma, capillum madidum madescit pulchricoma Christi dei hospita, huius frater tunc genibus lassatis, feruido & morbido febris halitu discruciabatur. At sorores ambæ laborantis Lazari, ubi fratrem flagello membra uorante exhaustum, & morti uicinum uiderunt, communem sermonem regi malorum depulsori præmiserunt: Lazarus, quem amas, morbo feruido distorquetur, quem amas inuiset. Et Christus rex hoc audito, dixit: Horæ feruidæ, non hoc malum morbidum uiri, ad eternam quandam mortem adduxerunt, sed hæc sublimis gloria dei est, ut per ipsum charus filius hominis rex, honore immortalis exaltetur. Et Iesus Martham & Mariam mulieres

lieres hospitales, tum & Lazarum unice amabat,
& cū in illo loco nūcium audiisset, quod Lazarus
inferno nuens, membris morbido uinculo impeditis
decumberet, cursum duplicis auroræ solidæ conficie
bat, & secundum biduum discipulis suis dicebat: Ea
mus iterum in clarā uirorū Iudæorum terram: &
discipuli ipsum interrogantes dicebāt: Rabbi, ciues
Iudææ nuper insania perciti, te lapideis sagittis fe
rire contendebant, & tu illuc proficisci uis, ubi ciues
hostes sunt. Iesus uero sermone quodam communem
indignatione plenum animum sociorum domestico
rum consolans, respondebat: Nonne duodecim in or
bem se uertentes horæ diei sunt? & qui die ex orien
te iter facit, non unquam plantam lubricis calceis
impingentem, à recto itinere deflectit: qui uero e
xiēs cum nocte, luce destituta iter carpit, is pedibus
gratis uiam erroneam ingreditur. Sic loquebatur,
& rursus discipulis dixit: Lazarus hospes noster
charissimus, somnū necessarium & reprehensione a
lienum dormit, sed concedā, ut ipsum postliminio ex
somno excitē. Et discipuli sermonē non intelligētes,
dixerunt: Si Lazarus dormit, saluus erit. Iesus qui
dem dicebat: Lazarum nuper uisum, mortuum in se
pulchro luctum ciente positum, fandi facultate pri
uatum, somnum mortis resuscitabilem dormire. Di
scipuli uero amicum mortuum intra domum, suauē
somnum à quo exuscitaretur, capere frustra spe
rabant. Tum rex Christus sermone miserabili pro
palam dicebat: Lazarum a gresti alio somnocaptū,

NONNI PARAPHRASIS

mors scilicet omnibus ex æquo futura occupauit.
 Gaudeo uero uestro nomine, quod in loco non fue-
 rim, quando ille cum morte uicina rem habuit, ut
 fidem haberetis, uidētes mortuum uiatorem uiuen-
 tem à morte, & illum Christi hospitem iterum men-
 se accūbere, sed eamus ad ipsum. Porrò Thomas bi-
 nonymus, quem didymum uocant, hæc inaudiens di-
 xit: & congregatis discipulis uocem lugubrem la-
 chrymam parturientem emisit. Eamus ubi ille suauis
 uir est, ut unà cum ipso, unam communem mortem
 pro nostra charitate obeamus. Rex uero sero tan-
 dem in uillam consuetam ueniēs, Lazarum mortuū,
 terra superfusa obrutum, diem quartum intra sepul-
 chrum luctuosum reperit. At Bethania ab urbe Hie-
 rosolymorum, quasi ad tria stadia & duodecim di-
 stabat, & populus multus Iudæorum serpens uicinā
 uillam subiuit illic in ædes Marthæ, non illubenter
 homines hospicio suscipientis diuertebat, & commu-
 nē mortis somnum Mariæ sororis, quæ non raro di-
 uino sermone, horribiles solitudinis discruciatōis sti-
 mulos, luctui uigili frena laxantes, cōsolabatur. Cæ-
 terum Martha, quando famam seminatam audiuis-
 set, quòd dominus ædes eius subit, pedibus anteuer-
 tentibus simul illi obuiam fiebat. Porrò Maria in do-
 mo adhibita lugubri silentio flagellabatur. At cum
 Christus propinquus existeret, Martha grauius in-
 gemiscens dicebat: O beate, siquidem adfuisses, quā-
 do Lazarus frater meus morbo uexabatur, uita fun-
 ctus non fuisset, quāuis & illud iam in animo, quòd
quæcunque

quaecunque patrem meum postulaueritis, omnia si-
 mul dabit. At Christus rex sermone respōdebat: Fra-
 ter tuus postliminio suscitatur. Ceterū Martha diui-
 nā uocem inaudiēs, secundum dixit: Noui, & nō me
 resurrectio fugit, quando in illa sero tandem, absolu-
 tus auroræ cursus extremus oborietur. Et Christus
 uitæ seruator diuinam uocem ei dixit: Ego & uita
 & resurrectio sum, qui uir in me fiduciam posuerit,
 & si mortuus spirandi facultate exutus esset, iterū
 reuiuisceret: & qui mēte fide increfcit, mortalis hic
 non unquam uita priuatur, donec adhuc æuum ad-
 paret. Fidem adhibes, quōd hic sermo uero consenta-
 neus sit? Et ipsa dixit: Domine, cognosco & credo,
 quōd tu Christus, sermo filius dei, malorum auerrū-
 catoris mundo illuxeris. Talem sermonem locuta,
 planta celeri præteribat, & Mariam sororem uoca-
 bat, & auribus eius clanculum insusurrabat, quod
 præceptor seruator uenit, & uocat te, enim uero illa
 sermone celerior existit, ubi hæc audiuit, celeriq; pla-
 ta, & luctu & gaudio referta, currebat, & recta
 ad Christum profecta, celeri abitione se hinc prori-
 puit. Porro populi, qui intra domū luctuosam erāt,
 & Mariæ sermone quodam dolores medicante do-
 lorem uigilem abstergebant, simul atque derrepente
 uiderunt, quod Maria celeribus genibus prædita,
 silentio gressili exurgeret, omnes calceis à tergo
 euntibus eam secuti sunt, hac spe freti, Mariam ad
 lachrymas propensam derrepente excitam, ut ad di-
 uinum sepulchrum contenderet, ut iterum propter
 mortuum

NONNI PARAPHRASIS

mortuum multorum luctus commouentem ploraret.
 Nondum uero rex Christus uillam lata area insignē
 accesserat, sed immobilis apud diuinum sepulchrum
 manens, uestigium pedis firmum habebat, illic ubi
 prius Martha ei occurrerat, & Maria grauius la-
 chrymās, quando cominus ad locum uenisset, ubi Ie-
 sus manens, uestigium pedis inflexibilis habebat, si-
 mul ac primum ipsum animaduertit, animi stimulo
 percussa, prona suapte sponte super terrā collapsa,
 ad pedes diuinos se abiiciebat. Lachrymis uero di-
 uinas plantas humore lugubri madefecit, sermonem
 ex gutture profectum effundens, lachrymas uicta
 uix uoce hæc effari poterat: O beate, si adfuisses,
 Lazarus morti non concessisset. Et Christus Mariā
 ingemiscentem, & filios Iudæorum recenti luctu ad-
 fectos, & qui cum ipsa conuenerant, & quorum ge-
 næ multo lachrymoso imbri diffuebāt, intuitus, spi-
 ritu paterno commotus, in hanc uocem prorupit:
 Monstrate mihi quo illum posueritis? Et dixerūt ei,
 ueni & speculari. Et ipse Iesus insuetas lachrymas
 ex oculis fletu uacuis emittens, ingemebat. Et aliqui
 populi uiso hoc, ilico dicebant: Ecce, quomodo La-
 zarum & non præsentem amat? Alij uero cōtra di-
 cebant: Hic qui luto malorum auerruncatore, ocu-
 los hominum uidendi facultate destitutos aperuit,
 non simile opus conficere potuit, ne & hic mortuus
 letali interitu occumberet? Talia quilibet dixit. Et
 Iesus festinabundo calceo misericordiam ex pecto-
 re dolore adfecto, cum fremitu extrahens, se hinc
 prori-

proripiebat, & prope sepulchrum ueniebat, & intra tumulum cauum specus terrestris erat, & lapis referens ianuæ imaginē undique positus, ex æquo sepulchri hiatu sustētabatur, Iesus uero rex populo credulo imperauit: Lapidem sepulchro impositū amolimini. At Martha soror mortui, uocem emittebat: Sine lapidem super ianuam positum, aperto enim hiatu terreno, male olens odor prodit, siquidem tertius dies est, quod mortuus intra sepulchrum iacuit. Iesus uerò respondebat, & Marthæ luctu plenæ dicebat: Nōne tibi hoc prius differui, si sapiēs silentij signaculum in labiis tuis seruares, recta fide prædita, & non ancipitis consilij existens, te honore uiuificū dei cœlestis uisuram esse? Et hi quidē lapidē sustulerūt. Rex uerò oculos in astrorū conspectū extollebat, & suo patri clamabat: Tibi gratia, q̄ me pater audiuisti, noui quidē ī animo, qd̄ me tuū filiū clamātē semper audis, sed gratiā populi circumstantis nomine ago, ut fidē præstātorē quā audiui, habeant: q̄ tu me miseris, si mortuū celerē uinculis exutū, è barathro prodire, & nō in puluere cadētē oculis intueantur. Dixit, & uoce quadā clara insonuit: Exi huc Lazare: & uox mortuorū seruatrix, corpus exanime mortui uocis organo destituti animauit. Vocabat uirū exanimē, Et mortuus uiator, sua spōte plāta obuincta, terrā ingrediēs currebat, uirum exanimem uocabat, & terræ uisceribus audiens, mortuus à morte profugus, aliud tandē à uitæ termino, iterū regnū stupore plenū intuitus, rediit.

NONNI PARAPHRASIS

Mors omnium domitor, mortuum oculis captum, in domabilem iuxta uicinam Lethen frustra attigerat, & pede erecto genua inflexibilia trahens, caecum oculis obuersantem impetum, in rectam uiam ducen- tem habens mortuus, ille loquendi facultate pollet, & à pede ad caput, totum corpus nexilibus fasciis complexum habens, & calido sudore in facie obte- cta persusus, & in tempore rotundo lineo integumē- to, quod Syrorum os sudarium uocat, ornatus erat. Tum rex Christus populo stupore correpto, nubium instar stanti iniūgebat: Soluite mihi, & mortuū ex- peditum iter ingredi sinite. Sic dicente rege Christo, actutum populi uno, ut sic dicam, iugo, copulati & mixti, uincula fasciæ resoluta rupebant, & membra graui integumento nudabant, & mortuus iterū so- lita planta domum, quintum diei iubar intuitus, ue- niebat. Porro multi Iudæi in lugubrem Marthæ & Mariæ domum uenientes, filio dei crediderūt, ut qui oculis uiderant illud incredibile factum, quod domi- nus mortuos excitans fecerat, nimirum Lazarum ex caliginoso barathro, à mortuis celeri pede redu- cem prodire uidētes. Et aliqui ipsorum in urbem ad sacerdotes deo aduersos uestigium flexerunt, turbæ maxime incredulorum Phariseorum, opera Christi dei renunciantes: & stolidi principes sacerdotum, in concionem multi rumoris congregabantur, ubi se- num in unum congregatorum, primi subsellij conci- lium consederat, & alius alij dicebat: Quid feceri- mus? aduersarius enim mortalis hic prestigiosa, & quidem

quidem sublimissima signa edit: si eum huiusmodi signa facere siuerimus, populus nō amplius nos assectatur, sed unius solius uiri credentes assectæ erunt, & ad unum omnes illum sectabuntur, & uiri Ausones uenientes, totam nostram gentem abripient: nec gentem solum, sed & locum. Est uero inter eos uir quidam Caiphas, uir scelestus, dolis instructus, qui tunc illius anni summus pontifex, & Princeps sacrorum erat, hic Iudæis uocem dolis implicitam emittebat: Nihil prudens in animo in experto scitis, nihil mente consyderatis, quid melius sit, an non uidetis bonū esse unū ciuē pro populo mori, ne eius gratia uniuersa gēs nostra interitu intereat: uno uiro moriente, uniuersa urbs tranquilla erit. At hoc uates ille uir non ultro dixit, sed cum occuparetur rerum sacrarum cura, nimirum cum illius anni sacerdos esset, insueta uoce uaticinatus est, quod Christus uolens mortem uiuificam pro Iudæorum gente oppetiturus esset, & non pro sola gente, sed ut filios dei in mundo dispersos, in unū cogeret. Et ab illa hora mali autore, summi sacerdotes impudentes consilium inibant, & turba uersuti consilij, maxime incredulorum Phariseorum deliberabant, ut omnes uno interitu Iesum occiderent. Tum Christus populi seruator, inter Hebræos non amplius manifeste uersabatur, sed calceō non strepitum faciente, purum arui Iudaici solum permensurabat, & ueniebat iuxta regionē mōtanam, iuxta desertum in urbem quam Ephraim uocant, ubi cum discipulis dei similibus ma-

NONNI PARAPHRASIS

nebat, et in propinquo erant feriæ Paschales multum celebres. Proinde multi Iudæi uiri contermini eremo, à late se diffundente terra, ad sedem Hierosolymorum sacris operantium ascendebant, ut corpus diuinis lauacris præpurgarent, priusquam dies celebrium feriarum appeteret, et multi in templo sacrificiis destinato, Iesum diuina dicentem, absentem quærebant, stantes uero inuicem colloquebantur. Loquebantur uero populi, uobis cōsultatibus quid uideatur, quod mortalis hic ad ferias admodum tripudiosas uenire non potest. Et increduli principes sacerdotum, et turba uersuti consilij Pharisæorum infidorum ciuibus iniunxerant, ut quisquis Christum in urbe aut uidisset, aut audisset, turba Pharisæorum dolis consutorum renunciarer, ut eum hostilis multitudo comprehensens occideret.

CAP. XII.

E Nimuero Iesus relicta solitudine regionis late incomprehensibilis, uillam solitam subiit. Subiit inquam Bethaniam, ubi fundens uocem uiuificam, Lazarum prope tumulum ex mortuis excitat, subiit Bethaniam, quando horæ uicinarum feriarum solos sex dies relictos habebant, et ei cibum apposuerunt. Caterum Martha animo beneuolo ministerium mensæ multum capacis obibat, et Lazarus adhuc similis somno omnibus uisus, unus ex conuiujs erat. Maria uero tres mensuras unguenti odoriferi, celebris nardi pisticæ sumens uasculum marmoreum roris obduratum, Ma
ria

ria pulchricoma tollebat, & diuinos pedes regis cō
 uiuantis unguēto unxit, & extensa humorē pingue
 luxurioso capillo absterfit, & diuinus odor natans,
 uniuersam domū inebriauit. Tū Iudas dolum nectēs
 ore inuido dixit, & cur hoc unguēti nō trecentorū,
 aut maiori denariorum mensura uenditur? ut paupe
 ribus indigentibus detur, & non pulueris uertigine
 pereat. Hoc uero ille dolosus dixit, non quod homo
 immitis uirorū inopū curā susciperet, sed quia solū
 fur erat, lucri cupiditate uictus, habebat uir marsu-
 piū, in quo aes positū erat, & quacūq; ipse malus cu-
 stos uolebat, è loculo expromebat. Porro Iesus eū ser-
 mone pstrigebat, suo occisori dicebat: Missum fac
 donū. foeminae ab omni reprehensione alienae, ut the-
 saurū corporis nostri seruet, donec occisionis & se-
 pulchralis horae nostrae parētatiōis ueniat, pauperes
 enī multi qui à uobis petāt, semp parati adsunt, at
 mei uidēdi cupiditate flagrātes, me nō semp præsēn-
 tem cōprehēdetis. Et maxime credulus Iudaeorū po-
 pulus in propinqua urbe, auribus gratis famā audi-
 uit, qd Iesus diuinū & profectitiū uestigiū habens,
 in diuinā uillā uenisset, ubi Marthae domus erat, &
 agmen ineffabile aliud aliunde simul iter ingressum
 currebat, non solum ut Iesum uitae seruatorem inspi-
 cerent, sed ut & ipsum Lazarum, quem Iesus uiuifi-
 cam uocem fundens, uiuum reddiderat, uiderent, &
 inuidi pariter & impudentes principes sacerdotū,
 tū admodū iracūda uniuersa Phariseorū turba cōsi-
 lia coquebāt, ut & ipsū Lazarū ex mortuis reducē,

NONNI PARAPHRASIS

Et adhuc ueterem mortem spirantem, altero inter-
 itu interficientes, sub caliginosum barathrum iterū
 mitterent, ut quis dicat, Lazarus mortem fugit, et
 principes sacerdotes non fugit, hunc uerò è medio
 tollere parabant, quod per ipsum populus Iudæorū
 humidum uillæ locum petens, filio dei, regi malorum
 opitulatori credebatur. Porro quando aurora mane uē-
 sa, noctem umbras linquentem discussisset, populus
 qui propter festum quod in foribus erat, uillam trā-
 sierat, inaudientes famam, quod Iesus à sacra uilla
 ad sedem Hierosolymorum ueniret, obuiam ei ue-
 niūt, et ex horto arboribus multis confito, palmas
 altos ramos habentes, ramis nudarunt, et populus
 uirides ramos in aere agitans, ore bona precante
 uocem consonam intonuerunt. Et Iesus habens per-
 uiam ramis stratam, huc et illuc, et multam et bi-
 iugē ducē itineris turbam, et à tergo turbam se se-
 quentem per medium uirorum incedens, delatus est.
 Ipse uero asinum non freno assuetum, et tardū uia-
 torem insidens, tergo inexperti baiuli, regebat, ut
 quod Esaias dixit, impleretur. O Sion filia altæ
 matris, ne timor te incessat: Ecce rex tuus uariorum
 donorum dator, ad te, pullum tardis genibus præde-
 tum, matrem sequentem habens, subibit. Et hæc qui-
 dē discipuli non ante consyderarunt, quàm Christus
 rex suam omnipotentem formam reinduit, tunc om-
 nes discipuli recordati sunt, quod hæc omnia in sa-
 piente libro scripta sint, et quod hæc in eo per-
 fecta fuerint. Erat uero uox populorum commix-
 torum

torū testis, q̄ Iesus Lazarū iā triduū mortuū, è sepulchro euocasset, & uocē uiuificā fundēs, ex mortuis excitasset, cuius gratia multa turba Christo obuiā effundebatur, ut illum filium David mortuorum seruatorem uideret. Cæterum Pharisei unanimes inter se colloquebātur: Nobis quale somniū increfcit, mundus enim uniuersus & abunde suppeditans, & multiformis unum uirū sequitur, & mortifer noster dolus nihil proderit. Et aliqui uiri Græci erant, qui tunc multi spectatores diuinarum feriarum Hierosolyma ascenderāt: hi cum Iesum à celebri uilla audissent, Philippum prope euntem accedentes, allocuti sunt: Cupidi uidendi Christū uenimus: & Philippus propere ruens, Andreae conterraneus, hoc Andreae dixit. At Andreas suauiloquus, simul cū Philippo festinante uadens, Christo sermonem renunciant. Rex uero sermone respondebat: Nunc uix hora uenit, quando cominus res in nouaculae acumine est, ut sapiens filius hominis exaltetur, simul ac granum frumenti in siticulosam terram lapsum, neque mortuum fuerit, tunc illic solum iners manet, manet in seminatum, inutile, in aratum, expers falcis: si uerò mortuū fuerit, fertilem & uberē frugē profundit. Qui animam temporalem amat, is eam spem fallacem, mundi animum inescantis persequens, perdet: qui uero odit, ipsam per omnia incorruptibilem, stabilem in uitam æui seruabit. Qui mihi crediderit, opus ministratorium obiens, hunc pater meus altithronus honore adficere nouit: qui meæ legi obsecu

NONNI PARAPHRASIS

tus, mihi ministraverit, hic sequetur me, & una mecum proficiscetur, ut minister, ubi maneo, mecum maneat. Nunc uero mihi peccatus est perturbatum, sed quid dicam? Anima mea perturbat me, Pater, ex hac hora mentem perturbante, & quae uitari non potest, serua me: sed propter hoc non ui coactus, sed ultroque horridam horam subiui, filium tuum gloria adfice. Et de caelo uox adfuit: Et te prius gloria ornauit, & iam iterum gloria orno. Et multus populus huc & illuc circumstans & audiens, auribus tremore percussis, procellam uocis aetheream dixit, quod caelestis sonus graui strepentis tonitruum est caelesti sinu insonuerit. Alij uero contra dixerunt, quod angelus prudenti sonitu, caelestis uocis cominus cum eo colloquebatur. Enimuero Iesus uniuerso populo multo stupore percusso dicebat: Non propter me hic sonitus concutitur, de caelo quidem propter uos uox tonitruum referens uenit, nunc sacri mundi iudicium est, nunc & ipse princeps mundi errabunda mente praediti foras quatitur. At populi sermone quodam concordia contra dixerunt: Nos non raro in libris memoriae traditis audiimus, quod Christus uniuersarum rerum curam gerens, aeternus manet, & unde nobis sermone tuo obscuro dixisti, ubi in altum euectus, ex terrestri sinu in caelum profectus fuero, ipse uos omnes est terra ad me traho, postquam filius hominis clarus in altum subuectus fuerit. Et dixit populus: Ecquis hic est, quem obscuro quodam sermone, sapientem filium hominis tua uoce dixisti? Caterum Iesus simul omnibus dixit:

Inter

Inter uos adhuc paruum ad tempus, solum, coelestis lux, iter uos erit, in lumine sumpta audacia per uiam recte ducentem, citra errorem ambulate, dum adhuc lux lucescet, priusquam nox uos caliginosa uertigine deprehendat. Qui uiator noctu pede lubrico inambulat, is errat, ignorans obliquam uiam se ingredi, ignorans ubi erat: donec uobis lucis datur copia, prudenti sermone credite, in lucem credite, ut sitis lucem ferentes filij lucis. Christo tanta et tam uaria malorum remedia conficienti, quae ipsi praeter auditum oculis uiderant, nullus uirorum credebatur, ut quod Esaias per uocem praenunciam fundens dixit, impleretur. Domine, quis secundum tanta tuo auditui credebatur? aut cui brachium dei omnipotentis nudabatur? Et hoc nomine diuina fides in eis accrescere non potuit, quod et Esaias iterum diuina uoce dixit: Oculos meorum operum testes praestrinxit, et mentem recta uia euntem caeca iuxta erroribus obnoxiam fecit, ne corde sentireret, et oculis cerneret, et ad me reuertatur, uiros mentem noxia praeditos, peccantes meo salutari sermone seruabo, medicus existens, qui nullo ferro utitur, sed qui mente perditam remedia imponit. Esaias haec quod omnia diuina uoce descripsit, quod honorem dei Christi ante tempus oculo cordis omnia uidentes uidit, et hac gratia futuram praenunciam diuinam uocem praenunciatum est. Et tamen aliqui uiri ex Iudeorum magistratibus, ex oculis consilij superbi, prudenti silentio, filio dei operum diuinorum ergo credebant: sed et timore emulatioe Pharisaeorum territi, in aperto nullum animam suam ostendebat.

NONNI PARAPHRASIS

Cæterum fides interna, non oculis hominum exposi-
 ta, non clamoribus molesta, clāculario silentio in mē-
 te uiri cuiuslibet uerecūdia tacti, cælabatur. Omnis
 enim uir gratiā operum humanorū pluris faciebat,
 quā honorē multum celebrē solius magni dei. Por-
 rō Iesus in tēplo sacrificiis referto clamabat: Quis-
 quis sermonum meorum diuina renunciantium ordi-
 nem, in me credens suscepit, non in me, sed patrem
 qui me præmisit, fiduciam figit. Et omnis qui me ui-
 rilibus oculis inspicit, & patrē meum uidet. Ego de
 cælo lumē mundo luce uacuo ueni, de cælo ueni lux,
 ut mortalis, qui fidem inconcussam habēs me hono-
 rauerit, in caligine non unquam manet: quisquis di-
 uinos sermonum meorum fluxus receperit, & signa-
 culum non mentis uacue seruauerit, hunc mortalem
 non unquam ego iudico. Non enim in mundum ueni,
 ut mundum multum errantem iudicarem, sed ut ser-
 uarem: quod si uir audax me exceperit, & uiuos iux-
 ta uitam seruantes, fluxus uocis nostræ nō suscepe-
 rit, hic habet iudicem, qui de illo sentētiam fert: no-
 ster enim sermo quē loquor, hic incredulum hūc ar-
 guet, iudicans eum, quando tandem ultimus auroræ
 cursus appetiuerit, quando omnibus excitatis iudicij
 dies adfuerit: ego enim à meipso ueniēs, ex proprijs
 non unquam sermonem habere didici, sed à deo pa-
 tre præceptum uiuum habeo. Ecquid uerò hominibus
 excitatis, aut dixerō aut clamauero, nec me fugit
 præceptum patris omnipotentis, uitam immortalem
 habere, quam æuum æternæ uertigini concurrentem,
ade

adeptum est, & quaecūque uos doceo, ut enim pater meus mihi dixit, sic loquor.

CAP. XIII.



ET prius quā in colis Pascha appeteret, priusquam aram accenderent, Iesus sentiens quod opportuna hora adesset, ut ex mundo coelum subiens redux unā cū patre in aliorum potiunte luceret, omnes suos praesentes socios semper diligens, ab initio ad finem usque diligebat. Porro facta coena uespertina super mensa beneuolentiae cōciliatrice, Iesus suis sociis seruire opus exhibēs confecit, & demon aduersarius, Iudam stimulo quodam lucri cupidum, in rabiem humanam uertebat, a deo, ut ille sumpta audacia, Christum suum nutritorem, spe lucri interitus inescatus, Iudæis traderet. Ipse Iesus in corde suo gnarus, quod in eius manum deus in alto rerum potiens, omnia gubernare dedisset, gnarus, & quod è coelo & in coelum biuuga conditione, & à deo prius uenisset, & ad deū postliminio ueniret, tunc conuiuus celeriter seruire opus exhibens, relictā coena surgebat, & suas uestes de corpore lucido deponit, & lumbos linea spuria ueste durum indumentum, quo lingua Tymborum lintiū uocatur, quod in orbem humidum uirorū pedem tergebat, cingit, & infusa aqua ex terrae sinu scaturiente in peluim cauam, Christus suorum sociorum charos pedes lauare coepit, à primo ad ultimum, ab alio ad alium inerrans, à Simone incipiens, usque ad proprium

NONNI PARAPHRASIS

prium interfectorem: assistebat uero seni Simoni, & eius pedes utrosq; tenebat, & subito Simō pedes attraxit, & Iesum oculis charam pietatem lustrans, à se repulit, & ipsum detinens graui uoce, suauiter allocutus est. Tu rex omnibus imperās, meos ministri tui pedes tuis manibus lauas? At Iesus suauiloquus, diuino ore Simoni sedenti dixit: Quod iam seruile opus obiens facio, intelligere non potes, post hac uero intelliges. Et Petrus dulces minas fundens, ei dixit: non unquam pedes meos purgaueris, dū æuum multum uersatile serpit. Rex uero respondebat sermone: Non unquam tibi mecū pars seruata erit, nisi ego manibus meis aquam effundens te lauero. Et Simon animo credulo sermonem ei dixit: Certe supplicito ò rex, non solū pedes meos, sed & utrasq; meas manus, & tempus rotundum, & si ita uis, iterum totum corpus lauato. Dixit Iesus: Vir recente aqua lotus, nō opus habet, nisi ut solū in pedibus lauetur, & profectiois ad uiam pura lauacra accipiat. totum enim corpus purum est, & ipsi mente puri uirilis delicti expertes estis, sed nondum simul omnes, siquidem in animo prænoscibat, quis uir eum uenale Iudæis aduersariis proditurus esset prænoscibat, quis interitus mercator existeret. Et hac gratia rex discipulis Deo uicinis dicebat. Et ipsi animo estis puro, & à delicto alieno præditi, sed nondū simul oēs. Quando uero Iesus purus seruili munere fungens, & in orbem ad duodecim discipulos conuiuas accumbentes uadens, suorum sociorū sanctos pedes lauisset,

lauisset,

lauisset, iterum uestes suas induebat, & innixus cubi-
to ualde uersatili manus, circulo summo mense simili
affectu præditos homines cogentis, suis sociis dixit.
Et ipsi hoc cognoscitis, quod seruile officium subiens,
uobis fecerim, uos uero gemino, & prudēti sermone
me, & dominum præceptorem uestrum uocatis, &
in hoc nulli errori obnoxij estis, in hoc gnari pulchre
dicitis, sum enim utrūq; sum is quē me dicitis, si ego
quadam singulari propensione puro lauacro pe-
des uestros purgauī, uterque dux & rex existens,
& uos ipsos meo exemplo edoctos fas est, ut inuicē
amicos pedes aqua lauētis. Exemplū enim hoc erit,
quod doceat, ut & uos hoc officiū sapiens quod ego
obij, & ipsi ad unum omnes inter uos mutuo quodā
affectu, gnari ducis uestri exemplum similiter refe-
rentes, obeatis: minister non superior rege existit,
neq; aliquis uir legatus illo qui eū misit, præstātor
est: q; si hæc omnia quæ ex sermone intellexistis, &
mentis opere expresseritis, certe beati eritis: Nō de
omnibus uobis alio puro lauacro indigentibus di-
xi, hic sermo unius gratia à me dicitur: Nō me latet,
quales maxime incredulos & irreprehensibiles ui-
ros elegi, sed ut illud, quod diuina uox modulans im-
pleatur, uir omni amoris affectu uacuus, auri furo-
re percitus, panem mandēs, calcaneum lucrosū ad-
uersus me sustollens, mensæ nostræ unā accumbens,
insultauit. Iam uero uoce præuia, quod futurum est
clamauero, ut si id uolubile tempus de propinquo ser-
pēs pfeecerit, sermo olim à me dictus, id uobis in mētē

NONNI PARAPHRASIS

reuocet, quòd mea pronuncia uox futurum prædixe-
 rit. Amen amen sermo sit sermonis stabilis, qui meū
 internuntiū quē misero, placidū oculū præ se ferens
 suscepit, me suscipit. Qui uerò uir me à deo missū
 capiens suscipit, patrem meum qui me misit suscipit.
 Dixit rex sociis, & fatidico ore soluto, Christus pru-
 denti agitatione cœlestis spiritus cōmotus, igne mē-
 tis non silentis fluctuabat, & testimoniū proprium
 proferēs, dicebat: Unus mortaliū inter uos charos
 socios me prodet, unus amicus, incertarum partium
 domesticus, me domat. Iesus quidē dixit, sed discipu-
 li uno ueluti iugo connexi, ad unum omnes silētio ri-
 sus uacuo se mutuo intuebantur, ex a quo cōsiliij, &
 mētis inopes, & apud se cruciabātur, de quonā di-
 xisset. Vir uero quidā, q̄ prope uisus, sup̄ sinū ama-
 bilis regis recūbebat, huic Petrus innuit, loquaciq;
 silentio ex illo sciscitabatur quis esset, cuius gratia
 Christus hoc dixisset. Hic uerò amatus uir audax
 motu celeri, super pectus incontaminatum regis cō-
 uiuantis lapsus insusurrabat auribus: Quis est? Et
 Christus dicebat: Cui manum intingens panem uini
 gutta humidum porrigo, hic me prodet, & intincto
 pane extremo, in poculo uini pleno impudenti Iudæ
 panem præconem sui interfectoris, lucri cupiditate
 capti dedit: & post diuinum panem dæmon dux pec-
 cati, opulentiæ cupiditatē inserēs, totū uirum subiuit.
 Et Christus nutus scienti mittēs, dixit ei: Quod cō-
 ficere uis, confice celeriter. Neque uero aliquis cōui-
 uarū, obscurum in auribus sermonē audiens, cogno-
 uit,

uit, siquidem quidam putabant, quod Iudas ligneum
loculum appēderat, obscuro quodam sermone Chri-
stū usum esse putabāt, ne forte dominus suo liquido
sermone dixisset, ut qd' ad ferias parato opus esset,
pararet, aut ut pauperibus in uita errantibus daret:
Et uir à coenarabie lucri cupida ebrius panem ha-
bens, hinc noctu iter carpens, discedebat. Ceterū
quum Iudas relicto discipulorum grege, seorsum ab-
iisset, Iesus diuino suo ore undecim conuiuis dixit:
Nūc filius hominis lucidum honorem sortitus est, et
deus uerus et genuinus in eo gloriā accepit. Si uero
deus pater per eū euectus est, et deus pater filiū ho-
norans euekerit, filius adhuc parum temporis uobi-
scum maneo. Et sermonem quem Hebræis dixi, iam
et uobis rursus nostra uoce refero, quod nō fas sit,
uos qui mecum adueneritis eo, ubi ego uado, incom-
prehensibilem semitæ nostræ cursum habere. In uni-
uersum omnibus nouum mandatum iniungo, ut quæ-
admodum uos animo æquali, et irreprehensibili a-
moris uinculo dilexi, ita et uos ad unum omnes in-
solubili concordis amoris uinculo connexi, mutuam
amicitiam sancta copula obsignate: ut si homines
uos mutuo amore flagrare uiderint, cognoscant ex
diuina quadam copula, quod diuini discipuli Christi
omnis lucis autoris estis. Simul Christi sermonem au-
dierunt, quod procul abiturus esset. Simon audiendū
eupidus, mellitis alloquiis dixit: Domine quo festi-
nas? quonam mihi locorum uadis? Iesus uerò respon-
debat, et Petro interroganti dicebat: Quo ego pe-
dis

NONNI PARAPHRASIS

dis præcurrentis uestigium flecto, meam uiā iā̄ à tergo communiter ire non potes, sed quando multum uolubile opportunum tempus uenerit, ipse posterius me sequeris. Dixit Petrus: Non possum celeribus genibus præditus, à tergo sequente pede uadens, angustum uiā uestræ impenetrabilis penetrare? & animā ultroneam pro te dabo. At Iesus Petro inopinatum sermonem dixit: Animam tuam mea quidem gratia, non ita multo post pones, at in graui necessitate uenius solius noctis prius Christū negaueris, q̄ gallus clamoribus homines excitans, sublato alto collo sonoram melodiam detonauerit.

CAP. XIII.

Ceterum ne animus uester inquietus cōnoueatur, sed deo & mihi credite, & diuinum unum honorem & filij & patris cōcludite. Multæ quidem in domo patris mei in alto residentis, mansiones in urbem uno iugo iunctæ sunt: & nisi late tensa multis ædibus instructa, & omnium capax aula mea esset, & uobis dixissem, quod præuius uadam, ut intra aulam multū capacem, locum nouum uobis dignū parās, instruā, & post diuinum pauimentum domus paratissimæ, iterum uos ad immortale pauimentum trahens, inuisam, ut ubi ego maneo, uos qui mecum ueneritis, immortales incolæ maneatis, meam uocem & ipsi scitis, dixit. At Thomas binominis, quem parentes geminum traduxerant, ex quo pueri octauus auroræ circuncidendis pueris, delectus cursus illuxerat. Nō dum

Am o rex quorsum nam pedis uestigium contēdas,
compertum habemus, unde incomprehensibiles uiæ
mensuras discere possumus? Iesus uero uirum audien
di cupidum docens, dixit: Sum uita, ueritas, & recta
uia. Ego uita, & semita uitæ sum, uir terrestris ad
deū genitorē cōtendere non potest, nisi per me, per
filium ad patrem rectas uias urgens, contendat: & si
me ex deo fluente & sapiente sermone cognoscitis,
ex me & in alto residentem patrē cognoueritis, &
nunc ipsum quidem cognouistis, & in alto residentē
edocti. Porro Philippus Iesum blando suo sermone
alloquebatur: O rex, tuum genitorem tuis discipulis
manifesta, tuum genitorem ostende, & nobis suffe
rit. Iesus uerò dicebat: Ego habens formam diuinā
patris inuisibilis, mortali formæ consitam, tam lōgo
tempore hic manēs, cōmanduco uester sum, & meū
cultum non uidistis? Omnis mortalis qui me intelle
xerit, & patrē incorruptibilē cognouit, nōdū fidem
astringis, quod cū patre, uno, quod aiūt, iugo copu
latus sum, & quod pater me una forma ei aptatū, p
sequitur, & quomodo à me diuisa quadā cōditione
petis, ostēde mihi patrē, quem in me ex corde oculos
deflectens, quando sermonem effundo uidisti: Pater
meus in me manēs, mihi loquendi coniūctus opus cō
ficit, Nondū sermonem testem firmiter constabili
stis, & pater meus mecum existit, quoniā & ipse
patri cōsitus sum, ego quidē loquor, ille uero opera
tur: si mihi fidē detrahitis, solis nostris operibus fidē
adhibete, ut & ipsi cognoscatis cōiugiū indiuisibile

NONNI PARAPHRASIS

uno loco coniunctum, filij in patre manentis, & con-
 iugum patris in filio existētis. Omnis mortalis in me
 fidutiam coniiciens, opera quæ quidem conficio, ip-
 se referens conficit, & his multo magis sublimia mi-
 racula faciet, quoniã incomprehensibili ad patrem
 proficisci festino: Quæcunque à patre meo nomen
 meum inuocantes petiueritis, uniuersa præstabo, ut
 pater impollutus in filio glorificetur: & si me fidelis-
 simæ amicitie uinculo concluderitis, & mente omne
 præceptum nostrum seruaueritis, & patrem meum pre-
 cabor, ut uobis è caelo cōsolatorem, è patria exulem
 Christo alium confratrem, similem semper stabile ue-
 ritatis autorem mittat, quem multiformis mūdus a-
 liquando accipere non potest, quoniam mortalis nō
 unquã tale sero ortū lumen spiritū dei patris, oculis
 uirilibus non uidebit: uos uero soli diuinā formā uul-
 tus inuisibilis inspexeritis, quoniam uobiscum ma-
 net, & simul uobiscum erit, omnes secundum do-
 mum sensilem occupans. Non enim ego uno iugo
 cum patre copulatus, uos extra cœleste auxilium or-
 phanos sinam, celer quidem postliminio ad uos re-
 deo, parum enim temporis superest, quando incre-
 dulus mundus, meam diuinam formam non amplius
 intuebitur, sed me soli uidebitis, & à terra quoniam
 uiuens maneo, & per me & uos uniuersi semper
 uixeritis. Quisquis mente mea præcepta habens cō-
 fecerit, hic uir me amat, & pie diligens, uir hic meo
 patri deo charus erit, & ego hūc simili affectu pro-
 sequar, & ei propediē diuinā meā formā mōstrabo
 Iesum


Iesum uerò retaliabat responsione, & dicebat alius Iudas, filius Iacobi. & non audax Iscariotes: Domine, quomodo similiter nobiscum senties, tuam formam solis tuis sociis, & non spectatori mundo, declaras? At Iesus uirum idem sentientem docēs, dicebat: Quisquis me magis celebrans, diligit, & mente sedula sermonem meum seruat, hunc uirum sapiētia præditum, pater meus diliget: & ambo, tam pater, quam ego in unum uirum profecti, in ipso cubiculum suo ipsius fundamento nixum, in domo uirili, iuxta quietam manentes, extruemus: qui uerò amore mei non ardet, meus hic incassum sermonem irreparabilem, auribus obliuiosis oblatum, committet. Et sermo hic quem dixi, non meus, sed patris, qui me mundi opitulatorem de cælo misit, existit: & ego in terra adhuc manēs, & uobis mei copiam faciens, hæc omnia dixi. Quando uerò cōsolator uenerit, is uos sermone moderatore uersa docebit, quæ apud uos dixi. Pacem uitæ cōseruatorem uobis relinquam, pacem meam inconcussam unam uobiscum gradientem uobis impartio: nō ut mundus errori obnoxius, pacem solitam uobis dat, sic & ego communem & prodigium uobis dederō, ne turbatio, ne timor, quia me nunc clamantem, quia uocem meam audistis, tot uestrum cōcitet, quia redux ad patrem meum uocantem, in cælum altum in locum astris cōspicuum ueniam: quod si immobili amicitie fœdere iuncti essetis, certo pede exultante planta subsiliretis, communi gaudio fruētes, quod relicto terra pauimēto, tandem ad patrem meum, qui me mi-

G sit,

NONNI PARAPHRASIS

sit, rediturus sum. Porro uobis iam ante tempus diuinam
 uocem retuli, ut si uolubilis temporis, et incertus cur
 sus serpens, hoc effectum reddiderit, sermonis illius
 ueteris memores sitis, quod scilicet apud uos salutis
 prænunciis labris, id futurum uaticinatus sum. Non
 adhuc multa uobis ostendam: Improuisus enim ferox
 æterni mundi princeps aderit, uenit, nihil partis in
 me habens, sed ut solum mundus testis meus gnaro
 auditu dicere possit, quod patrem amo, et quod se-
 dulo facio ea, quæ pater gubernatore sermone in-
 xit: Surgite, et eamus hinc.

Cap. XV.


 Go quidem mundo semper crescenti uitis
 uita sum, pater meus uinæ plator est,
 palmitem pulchris frondibus obsitum, qui
 non botrum proferre didicit, hunc discin-
 det: qui uerò uitifero fructu uariius est, hunc pater
 meus terræ cultor, recens insitis frondibus perpur-
 gare nouit, ut maiorem fructum producat. Nunc mû-
 di estis propter sermonem quem dixi, et ipsi in meo
 semper se propaganti arbusto consiti manete, Ma-
 nete mihi consiti, mundi germina: ut palmes uitium
 non unquam parere poterit, nisi uitiferæ plantæ in-
 situs sit, referens botridum illud multi ramosi cho-
 rymbi. Sic et ipsi nisi mihi insiti manseritis, uos non
 unquam diuinum fructum producere potestis. Uita
 uitis sum, et uos coniuges palmites uocales, sapien-
 ti fructu grauati: omnis mortalis, qui firmus et in-
 diuulsus in me manet, is diuinum fructum semper cre-
 scentem,

scientem, & non unquam autumnii tempore decidē-
tem, mēsurā maiore profert. Quod si quis inter no-
stros agnos non manet, ut palmes uitium, referens
uitiferum quid in terra fusa, eiicitur, & porrectum
in summa tellure iacens, non aliter atque corym-
bus aridus, arescit, & coelestes ministri, qui illū col-
legerunt, in caminum mittunt, hicq; meos uitiferos
ramos missos faciēs, flammeo ignis uapore uritur.
Quod si in me māseritis, & fluxus nostrae uocis uos
humectans, in cordibus firmam sedem fixerit, quae-
cunque à patre accipere uolueritis, quaecunque à
patre petiueritis, uobis ad unum omnia perficien-
tur. Et in hoc pater noster altum honorem sorti-
tus est, ut uos fructum prudentem fidei, ex sermo-
ne dei uiuifico proferatis. Tum mihi discipuli mori-
bus immutabilibus sitis, ut pater in altis nubibus resi-
dens, me firmo quodam amoris fœdere amauit, ita
uos amauit, in amoris mei philtro perdurate, si mea
mens, aures uobis non dormientibus subiēs, semper
curae uobis fuerit, uinculum amicitiae meae in mente
semper aucturus est, ut ego patris irreprehensibiles
leges seruans in patria dilectione, alio me uertens,
adhuc maneo. Caterum haec certa uobis beneuolens
dico, ut gaudium uestrum sit, & in omnibus uobis
gaudiū meū multū obsignatū, absolutū existat. Hic
est sapiēs meus terminus mādati, ab omni errore a-
lieni, ut oēs inter uos mutuo amore ardeatis, & uos
ita mutuū amicitiae īdissolubilis uinculū custodiatis,
ut ego uos dilexi, ego quidē aliā maiore dilectionē

NONNI PARAPHRASIS

hac præ se ferre nõ noui, quàm ut quis se pro sociis
 suis uiuum redẽptionis preciũ ponat, & ipsam ani=
 mam omnibus curæ existentem malorum depultri=
 cem præbeat. Ad unum omnes uos amici mei estis,
 si mandata nostra uitam suppeditãtia, quæ iniũgo,
 perfeceritis, nõ amplius uos omnes seruos meos di=
 xero, uir seruus quid operis dominus texit, explora=
 tũ nõ habet, uir seruus nõ unq̃ hoc nouit. Vos soda=
 les meos nominauì, quæcũq; enim ipse e cœlesti uo=
 ce patris uestri misericordis audiui, uobis omnibus
 manifesta reddidi. Et uos me non mortali potentia
 elegistis, ast ego uos discipulos seligens, ex multis
 omnes fideliores prudenti mente elegi, & posui cõ=
 uenas, ut profecti fructum producat, & sementis
 uester frugifer in æuum sit: & quodcunque preca=
 bili quodam sermone ab altissimo rege petiueritis,
 nomen meum inuocantes, uniuersa effecta reddam.
 Hæc uaticinans prudenti sermone iniungo, ut inter
 uos uinculo insolubilis amicitie copulemini. Quod
 si ferox mūdus erranti mente uos odio habet, testes
 operum humanorum hoc cognoscitis, quod me pri=
 mum plus quàm uos magis incessens odio habuerit,
 quod si eos formam terrestrium uirorum præ se fer=
 retis, si consuetudinem uitæ errabundæ, mundi scele=
 sta uiuendi ratione contaminati ostenderetis, mun=
 dus cæcus uos ut proprios socios & adiutores ad=
 scisceret. Cæterum, quando peccati generis mor=
 talis non conscij estis, & tortuosa mūdi membra nõ
 estis, & ipse uos gnaros ex stulto mundo elegi, mū=
 dus uos

dus uos ut spurium, non legitimum mortalis generis
 sanguinem odio prosequitur. At cogitatione immo-
 tabili, sermonis nostri salubria praeferētis, adhuc
 memineritis: Seruus uir rege suo praestantior nō est,
 neq; legatus aliquo, qui se misit, maior erit. Si mor-
 tale minabundum genus me persequebatur, poste-
 rius & uos exiget: quod si ipsum sermonem meum
 intra praecordia repositum condit, & sermonem ue-
 strum intra cordis penetralia reconditum seruabit.
 At haec uiri illi praemulatione insanientes pecca-
 tores, propter fidum meum nomen aduersus uos fa-
 cient, siquidem utrosq; neq; me, neque patrem qui mi-
 sit me, noscunt: nisi uiuifica patris legatione uenis-
 sem, & uiam pietatis omnibus ostendissem, illi pec-
 catum reprehensione dignum non haberent. Iam ue-
 rò edocti liberum praetextum stolidi peccati nō con-
 sequuntur: nisi ego opera quae alius facere non didi-
 cit, elaborassem, atque id quidem illis uidentibus, quā-
 do oculi testes fuerunt, non poenalem peccati talio-
 nem haberent. Iam uerò & uident, & ambos ex ae-
 quo, tam meipsum, quam in alto rerum potiuntē pa-
 trem, odio insectantur, ut illud quod in lege scriptum
 per diuinam uocem, uiri bene cytharā pulsantis di-
 ctum est, effectum reddatur, Me gratis odio habe-
 bant. Postquam uero adueniens spiritus dei, ab intel-
 ligenti patre demissus uenerit, quem spiritum à pa-
 tre ad uos ipse mitto, me apud uiros multum prae-
 dicauerit, & uos de me teste gnaro sermone, multa de
 me uerba facietis.

G iij Cap.

NONNI PARAPHRASIS

Cap. XVI.

Tenim mihi presentes, idem sentientes di
 E scipuli estis, ab initio omnium operū spe-
 ctatores facti. Porro hæc stabilia præua-
 ticinans uobis dico, ne audax & incredulum æstrū
 mentem uestrā subeat: Vos ex deo dicata domo exi-
 gent, sed hoc tempus uelox, quando in mente omnis
 mortalis, qui ferro iterfetrici uos occiderit, se deo
 amanti seruitutem perficere speret. Virum immolās
 instar generis bouini, & uirorum perditricem liba-
 tionem, boum sacrificiis ex æquās. Et hæc mera qua-
 dam rabie impij illi cōmoti aduersus uos conficiūt:
 neque enim ipsi, uel filium, uel patrem in alto rerum
 potiuntem cognoscunt. Sed hæc quidē uniuersa præ-
 dixi, ut quādo tandem opportunum illud tempus in-
 propinquo adfuerit, prænūcia oraculā horū nostro-
 rum sermonum memoriā subeāt, hæc ab initio sen-
 tiens, dum manens super terra uobiscum consuetudi-
 nem agito, tecta silentio cordis sermonum patiētis,
 non dixi: nunc uero relicta terra, in ætherem ad pa-
 trē rediero, neque aliquis uestrum tunc accedens in-
 terrogat: Domine, quo festinas? qualem mihi in lo-
 cū contendis? sed quia hæc uobis dixi, ecce multum
 luctus uniuersam uestram mentem impleuit. At ueri-
 tatem irreprehensibilem dixi, sed uobis utile est, ut in
 cœlum clare uisum penetrem: nisi enim rursus in æ-
 thera redux uenero, spiritus dei uiuentis ad uos non
 unquam uenit, quod si proficiscor, ipse ab æthere
 super terram mitto. At spiritus ille huc ueniēs mun-
 dum

dum incredulum nomine peccati, impietatis, sed & gratia ipsius iustitiæ & iudicij arguet. Nomine peccati quidē, quoniā in me omnes increduli estis: gratia uerò iustitiæ: quoniam redux ad patrem redeo, neq; me amplius uiris cōuiuante contēplabimini: at nomine iudicij poenā infliget, quia uersatilis & ferox mundi aeterni iudicatus est. Et quāuis multa dicere possem, recuso tamen, non enim iam plura audire potestis. At quādo consolator uenerit, omnia gubernaturus, & uobis primus in omnem ueritatis semitam dux futurus est: neque uerò ex suo ipsius iussu ueniet, neq; aliquid quod nō audiuerit, dicet, sed quod quidem inaudit, & loquitur, & futurorū operum exitū ex æquo omnibus uobis præuaticinatur. Hic à patre progrediens, me honore adficiens euehet, quia quæ oracula ante tempus perspecta uobis manebunt, ea à nostro patre excipiens, uobis simul iunctis declarat, & quæcūque pater meus possidet, uetere quodam fœdere, in sortem meam cedunt. Huius gratia uobis dixi, quod consolator ille, operum exitum à sancto patre nostro excipiens, prænunciat. Adhuc parum temporis superest, & me mundo inerrantem non amplius spectabitis, & adhuc parum uolubilis temporis nuper uisi reliquum est, & me soli postliminio uidebitis, & in sinus cælestes ad patrem iuero. Et discipuli occultantes tutum sermonem loquela, intra mentem propter uiam linguæ, uiam inquam certatricem silentij loquuntur. Ecquid sibi uult sermo hic, quē di-

libor

G iij xit.

xit. Adhuc paululum, paululū adhuc temporis supe-
 rest, & me non amplius mundo inerrantem specta-
 bitis, & adhuc paululum temporis uolubilis reliquū
 est, & me soli postliminio uidebitis, & ad patrē ibo.
 Porro Iesus uarij sodalium cordis gnarus, quod col-
 loquebatur, & eum interrogare uellent, anteuertēs
 sermone discipulos excellenti mente præditos, dice-
 bat: Quid inter uos lingua uicina inquiritis? quod
 dixi: Post paruū tēporis curriculum ab oculis disce-
 do, & me rursus apparentem paululū adhuc uidebi-
 tis: Amen amen iuramentum stabile dico, flebitis &
 lugebitis, mundus uerò rabie percitus, gaudio per-
 fundetur, sed & iterum lugubre œstrum mœroris
 uestri abibit, quoniam graue uteri pondus ferens,
 in animo dolore distorquetur, grauem enim parturi-
 ginis horam horret. Cæterum ubi foetum ediderit,
 graue mœroris sollicitantis animum, pondus excu-
 tietur, & prioris parturiginis non memor est, quo-
 niam & alius uir iam uisus mundo increfcenti sup-
 pullulauit. Instar puerperæ partui uicinæ, & uos
 primum quidem animo tristitia insomnia afficiemini,
 sed ubi iterum uos uidero, uestrum cor rursus gau-
 dio exhilarabitur, & hoc serum gaudium à uobis
 immutabile, nullus in tempus non desinens, auferet,
 & illo die nihil me ut prius prudenti sermone inter-
 rogabitis. Quæcunque enim diuina quadam uoce
 petiueritis, hæc patre uobis gratificante stabilia e-
 runt. In hoc usque tempus nondum à patre opus ui-
 tale, quod charum uobis præmiū existeret, effectum
 reddi

reddi petiistis, sed iam quidem petite, ut quid uobis
 efficiatur, & quaecunque uobis uolupte sunt, omnia
 à patre meo in alto rerum potiunte, capietis. Nunc
 obliquis uerbis per similitudines dico, iam uerò diui
 na hora prope aderit, quando manifeste omnia à
 Deo patre audiens, aperta uoce & uarias & re
 etas uias sermonū nuntians uenero, & non amplius
 obliqua uoce utar. Deum apprime lenem, die illo sa
 cris uotis petiueritis. Et nō amplius, & non amplius
 hoc placido sermone patrem meū uiuentem uestra
 gratia demulcebo: non aliter enim atque ego synce
 re uos amo, ita pater meus in alto rerū potiens, uos
 suapte sponte amat, quod & uos in me Dei sermo
 nem filiū prudenti & concordī fœdere, diuino quo
 dā amore exarsistis, tū moribus simplicibus, sermo
 neq; animū induxistis uestrū, quod à Deo uitā im
 partiēte uenio. Ego è patre ueni, & mūdo inerra
 ui, & rursus mundū peccato grauidū sinā, & celer
 postliminio ad patrē, q̄ misit me, ueniā. Et discipuli
 cū omnia didicisset, eū allocuti sunt: Manifeste nūc
 loqueris, non loqueris nunc obliquos sermonū aliō
 uertentium flexus, non loqueris ea quæ alterius uo
 cis indigent, nūc certè cognouimus, quòd non opus
 habes, ut quis te anteuertens mortali uoce interro
 get, cuius gratia certò cognoscimus, quòd tu mūdo
 Christus supercœlestis Dei filius, ipse ueneris. Cete
 rum, Iesus exitum rerum præuaticinans responde
 bat: Nunc conuersi meo sermoni creditis, prope ue
 rò hoc tempus est, quando in fugā conuersi, quisque
 in do=

NONNI PARAPHRASIS

in domū suā, alius ab alio dilapsus, & me solo relē-
cto, dilabimini. Ego uerò quādo populus hostilis ue-
nit, nō solus sū, & si discipuli terga uerterit: sed pa-
ter mecū manens, nō unquā deserit. Sed hęc uniuersa
locutus sum, ut semper in me in tēpus nō desinēs,
pacem immotam seruare festinetis: in mundo quidē
multis curarum fluctibus aestuante, curis adflikti ue-
xamini, sed ubi tot ærumnis oppressi fueritis, bona
animo sitis, quoniā maiora mortalibus faciam, mū-
dum ego uici.

CAP. XVII.

H statim hoc uociferatus, in cœlum ocu-
lum tendebat, patriq; suo dixit: Rursus
filiū tuū honora, ut prius ei p̄mnesium
totius mortalis carnis gubernare dedisti
uolo ad unum omnes quotquot prius ipse suppedi-
tasti, uita diuina & æterna potiri, ut te cognoscant
Deum solum spem mundi, & tuum, quem nūisti in
terram Christum Iesum, ipse ego super terrā te ho-
norauī, opere perfecto, quod mihi pro nutu tuo de-
disti, ut perficiam. Et tu me o pater nunc honora,
tuo diuino honore, quem à te prius habui, quando
tuo sancto sermone, nondum conditi mundi funda-
menta figebantur, nomen tuum apud uiros, quos ab
obsuro mundi aspectu filio tuo dedisti, & filiū tuū
sermonem immutabili quodam fœdere seruauerunt,
& sermone deprædicarunt, quòd ex te omnia sunt,
que mihi dedisti, quodq; eis sermones tuos uiuificos
tradidi, & ipsi prompti sermonem tuum animo di-
rectore

rectore susceperunt, & didicerunt quòd abs te prodierim, sermoniq; nostro animo obseruabundo crediderunt, quòd tu me in terram misisti. Nunc gratia eorum non aberrantium, non totius cæci mundi nomine ò pater pro illis, quos filio tuo dedisti petès te oro: tui sunt, utrūq; enim est, quæcunque fers mea sunt: & è cõtrario, quæcunq; fero, omnia tua sunt. Sed discipulos nostros, cõcordes extra ipsum flagellũ demonis aduersarij serua, purè pater extra illud flagellũ discipulos cõcordes serua, ut ad unũ omnes uno, quod aiunt iugo, copulati sint, ueluti nos. Cum ab illis uisus in mundo, cū illis congregiebar, ipse uniuersos indemnes custodiebam. Neque aliquis ipso rũ periculoso impietatis cestro cõmotus, perit, præter filiũ interitus, filiũ inquam, demonis hominibus exitiosi, ut sermo in lege scripta memoriæ proditus absolueretur. Nunc pater, à terra redux ad te penetrabo, & hæc uniuersa tibi dixi, ut semper cõmune gaudium, meis operibus absolutum auferrent, & illis diuinum tuum sermonem communicauit, sed ipse mundus inuidens, odio illos habebat, quia germani sancti genitoris, cæli filij, & spurij, mundi ciues sunt, ut & ego mundi hospes sum: nõ enim mortalis è nuptiarum coniunctione contracti seminis terræ sum, non aliquo sermone, ò Pater, non à te peto, ut curiosum sodalium agmen è mundo amplo transferas, sed ut illos oculis inconniuis, ab inauspicato fœdere demonis malorum autoris custodias, meos discipulos tuis sanctis uerbis omnes
sensili-

NONNI PARAPHRASIS

sensibus ueritatis radiis perpurgās sanctifica, tu-
 us sermo ueritas est, ego me ipsum primum pro soda-
 libus uno iugo coniunctis sanctifico, ut tuo uiuifico
 sermone purgentur, & puri sanctificatione uerita-
 tis spiritali igni per membra loti existant. Nō pro
 illis solis te rogo, sed pro omnibus, quotquot abie-
 cta in uentos incredula rabie, rectam fidē propter
 sermonē meorū sodalium habuerint, ut ad unum o-
 mnes, uno, ut dicitur, iugo uincti sunt, ueluti nos, ut
 tu in me es, & ego pater in te sum, uno iugo inter
 nos coaptati: ut & ipsi ē nobis nati, omnes uno iu-
 go coniuncti existant, ut mundus multarum rerū fa-
 bricatorem cognoscat, quod me mundi redemptorē,
 totius humani generis miseris: & gloriam quā de-
 disti mihi, dedi eis, ut & ipsi omnes in nobis, uno iu-
 go constricti existant: unum solium inter nos existē-
 tes sumus, ut conueniē mutuo amore ardeant, ut tu
 quidem pater in me existis, ut & ipse cōmunis, cum
 uniuersis sodalibus delatus sum, ut mūdus graui cor-
 de præditus, sermone gnaro cognoscat, quod tu me
 mundo testi opitulatorē miseris, iuxta precium re-
 demptionis pro humana uita, ut & ipse meos soda-
 les amore prosequeris, nō aliter atque tuum filium.
 O pater uolo, ut quos mihi dederis, & ipsi ubi ego
 sum maneant, ut omnes humanis oculis meū altum
 imperium intueantur. O sancte pater, humanae uitæ
 seruator, non te o pater mūdus cognouit, ego uerō
 tibi insitus, te cognoui. Et te sapiēs turba hæc meo-
 rum sodalium, habitu animi pio cognouit, quia illis
 sacros

sacros sermones tuos manifestaui, & iterum adhuc ostendam, ut te multo plus cognoscant, ut inter illos uinculum meae dilectionis existat, & ego totus inter illos complear.

CAP. XVIII.



Aec omnia loquutus, prudenti planta ibat in terram e regione sitam, ubi uagus imber Cedrorum ramis abundantium, tumore rabioso uoluitur, ubi inquam, audax fluxus fluiui torrentis intumescit, ubi erat in propinquo hortus herbidus, quem Dominus petens subibat, petens plantarium bene odorum soliti, & semper uiretis horti. Et audax Iudas alius, illud plantarium nouerat, & Christus umbrosam, & solitarium locum petens, non raro illum locum ingressus fuerat, illic & conuiuialis populus sociorum congregatorum, & Iudas uersipellis exercitum Phariseorum satis instructum expectans, Iudas inquam quasi castris metatis consererat, habens a mali autoribus Pontificibus agmen aliud multum, caestros furoris percitum, & clauas gestans Iudas, arma & faces habens, hortum solitum subit. Et uiri illi simul profecti, alius post alium sursum erectis manibus, multi seminis nemus, a uento lucernas in meditullio positas protegens, attollit. In nemore inquam, quod senex faber arundinibus mutuis dense sparsis coniungens in orbem cinxerat, stellatum ueluti & lucido mundo simile, ubi lucerna in medio lucens, per sinum simul iunctum lucidum lumen, & quasi

NONNI PARAPHRASIS

& quasi multi oculare à uento immune tegumē ex-
 tra mittens, in summo uisum, in multas partes spar-
 sum lumen scintillans diffundebat. Porro Iesus nullo
 monitore futurā necessitatē cognoscens, intrepidus,
 iniussus, relicto horto resiliit, & exercitū scuta cō-
 cutientē sermone acuto interrogabat: Ecquale uirū
 inuestigatis? ut cōprehendatis, adestis? Et exercitus
 uirorum ferrea arma gestantium respōdebat: Om-
 nes Iesum incolam Nazareth inquirimus. Et audax
 Iudas, dux itineris turbæ illi, uim Christo inferre uo-
 lēti adstabat. Iudas inquam, qui gratia rei pessimæ,
 nec diu durantis filium dei, spem mundi æterni pro-
 didit, filium Dei prodidit. Et cum rex splendide ue-
 stitus, nullo ferro instructus, uoce uiros rumpente
 populo locutus esset, omnes, alius post alium, bella-
 tores, scutati, sua spōte corruētes in puluerē in præ-
 ceptis, inermi uocis procella deiecti sternebātur. Por-
 ro Iesus prudenti sermone secundum interrogabat:
 ecqualem simul collecti inquiritis uirum, ut eū com-
 prehendatis? Hostes uerò mutuo quodam sermone
 intonabant: Christum Iesum, incolam Nazareth in-
 quirimus. At Iesus infracta quadam uoce dixit, Ie-
 sus Galilæus incola Nazareth sum, Iesus Galilæus
 ego sum, quòd si uero me solum quæsitum uenistis,
 hūc meorum sociorum populum intactum reducem
 domum ire sinite, ut uerbum illud inconcussum effe-
 ctum reddatur, quod Christus antehac suo uiuenti
 patri dixerat. Ex his quos dedisti mihi, amisi nullū.
 Enimvero Simon prope stans, & gladium habens,
audax

audax strinxit, & uirū ministrū pōtificis impuri mi-
 nistrum pungens, aurē dextram gladio ferreo am-
 putabat, & nomen ministri gladio percussī, erat
 Malchus. Iesus uero Petrum uoce ex amico pectore
 profecta obiurgauit: Compesce bilem, gladiū in ua-
 ginam pone, non nostri patris amicū poculū, quod
 ipse mihi præbuit, iucundo animo bibam? Et ipse sa-
 cræ domus custos, & mille sacris militibus præfe-
 ctus, & ipse exercitus uirorum scuta gestantium,
 cum graui antesignano, Christum reprehensione
 alienum, inclementi uinculo constringentes, uesper-
 tinam sine clamore profectiōem instruxerunt, &
 Christum in domum Annæ Pontificis duxerunt, e-
 rat enim audax socer Caiphæ, qui illius anni e-
 rat pontifex, qui Hebræo aliquando populo, e-
 mulatione Christi tactus, uocem cum Deo pugnan-
 tem emiserat, bonum esse pro populo unum ui-
 rum mori, ne lues serpens totam gentem Hebræo-
 rum unius uiri gratia perderet. Et scutati Iesum
 ferentes percutiebant, & Simon ei procul à tergo
 sequebatur, & iuuenis quidam alius, qui propter
 artem capiendi pisces, pontifici solito ualde notus
 erat. Petrus uero tardus, illic extra ianuas lin-
 quebatur. Et alius Christi sodalis genu in domo
 quatiens, ex adibus resiliit, & ministræ ostiariæ
 dixit, & Petrum manu habens, intra aulam mul-
 tum capacem duxit. Et ostiaria ministra garrula
 obliquo oculo Petrum intuita, dixit ei uicino tale
 uerbum: Nam & tu es CHRISTI discipulus?

Simon

NONNI PARAPHRASIS

Simon uerò uoce indice timoris, dixit: O mulier, non sum familiaris Christi discipulus. Ceterum ministri summi pontificis mercenarij, & domestici serui mixti stabant, & strata carbonaria in orbem se calefaciebant, & sub tenui scintilla flammam accenderunt, flamma uerò parce instructa deperibat. Nox enim erat tenebricosa & horrida, & uespertini uentorum flatus terram refrigerantes concutiebant. Vnde ministri ad amicum ignem se calefaciebant, & Petrus in medio ipsorum ignotum aspectum habes, sine strepitu stabat. Porro sacerdos arguto sermone Iesum interrogabat, sacerdos inquam, Annas, uir lati menti solito manus motu summitatem barbæ enodem suspensam contrectans, Iesum interrogabat de prudentibus sodalibus, quos dominus discipulos allegerat, & de sacra doctrina. Iesus uerò intrepidus, sermone forti respondebat: Ego mundo audiendi cupido in pijs locis, in ipsis triuijs, in deo dicato templo, ubi gentes populorum uarij seminis coguntur, manifestè docebam, neq; quicquam occulti, aut sermone clādestino, aut timido locutus sum, quid me igitur hæc interrogas? Ecce omnes, quotquot hic in circulo stant, hi meæ prædicationis testes sunt, omnes uarios sensus sermonum meorum compertos habent, quoscūque apud populum Hebræorū deo credulū dixi. Cum Christus hæc diceret, durus uir à ministerio Pontificis, temerariam manū diuinæ genæ Christi impexit. Iesus uerò ministrū capillo promisso præditum arguens, dicebat: Si ferox sermone
leni

leni male locutus sum, testis sis mali tua uoce repre-
hēforia: Quod si pulchrè dixi, qd me ictibus obruis?
Annas uerò ad uincula capture intentus, Iesum à
tergo biuge uinculo ligatum suo rabie percito so-
cero, & ita Pontifex Pontifici sodali mittebat. Cæ-
terum Simon ianue adstans, & frigidus declinās,
corpus ad carbonarium ignem calefaciebat. Et mi-
nistri pontificis Simonem aliās uisum aduenam cale-
facientem interrogabant: Num & tu ipse ex soda-
libus Christi es? Et Petrus hæc audiens, uoce mutua
ministris audientibus negauit, dicens: Sermone à ue-
ro abhorrente, non Christi fui. Et minister frater mi-
nistri noctu oberrantis, cuius Simon aliquando pro-
pendulam dexteram aurem pungēs, amputauerat,
Petrum arguens, respondebat: Non tu Christi mini-
ster ex istis? non te ego in horto arboribus referto,
cum illo congregientem uidi? Et Petrus iterum ter-
tia solita uoce Iesum negauit, & statim gallus ceci-
nit. Porro accusatrix turba relictos ædibus Cai-
phæ, in domum gloriosi præsidis, petulantem Iesum
ualenter ad mortem uitæ autorem ducens, concede-
bat: neque uerò pedibus obseruabundis multistrepā
domum subibat, ne, quæ Pascha puro corpore ede-
re uolebat, membra pollueret. Et igitur turba illa
solida procul stetit, ignorans quod talem ad cædem
serpens, domus pura sacris malorum depultricibus
seruaretur. Et Pilatus celer è sua aula egressus de-
bita quadam ratione uiros in templis uersantes in-
terrogabat, exposcens sermonem uocis, Cædis te

H

stens

NONNI PARAPHRASIS

stem, qualem sermonem accusatorium uiro huic intentatis? Ecquæ mortis causa est? ecquid tanti uir peccauit? qualem sermonem accusatorium interitus uiri profertis? Et Pontifices ore inuido intouerunt: Nisi hic malum nefandum perfecisset, non ui ad te ducentes, uirum inculpatum, manui tuæ occidendum tradētes, pertraheremus. Hic uero, ubi quæ sua erat solertia, inuidiam animaduertisset, Christum iudicare, teste sermone recusauit, Vos hunc capite, & pro legibus patriis in sacras legum tabulas redactis iudicate, uos in hunc solita pœna animaduertite. Et ferox agmen dixit: Nobis non fas est, aliquem uirorū occidere, ut sermo stabilis esset, quem Christus dixerat præuaticinans, qua morte moriturus esset. At Pilatus relicto uersuto agmine prope ianuam, rursus aulam iuridicam subiuit, & Iesum uocauit, & teste uoce dixit: Ipse rex Iudæorum es? Iesus uero diuina oracula fundens, ignoranti similis, Pilato interroganti dixit: Sic dixit, cognoscens diuinam mentem hoc dicis, tua sponte me sceptrigerum Iudæorum regem uocans, an alius tibi dixit? Et uir ille primarius dixit: Num Iudæus ego sum? tua gens, & ipsi uiri Pontifices muti, te ut iudicem tradiderunt. Et ipse dixit: Quid rei designasti? Rex uero Christus sermone respondebat: Mea aula regia, non terrena aliqua aula existit, nō sum ego temporaneus ex hoc mundo: si noster enim dominatus terrenus esset, si mundi existeret, mei ministri armis certamen iniicerent, ut ne in manus Hebræorum traditus essem.

Nunc

Nunc uerò meum regnum imperium non est. Et Pilatus iterum uoce quadam mutua dixit: Es tu rex? Et Iesus respondit: Ego in hoc natus sum, & ueni, ut semper ueritatis omnis demulcentis testis hominibus essem. Et omnis qui ueritatis iugum trahere constituit, uerum linguæ nostræ sermonem audit. Et Pilatus stupore correptus est, & iterum dixit: Quid est ueritas? Et relicta celeriter sella sua, extra domum ibat, & dixit stolido populo, sacerdotes obiurgauit: Ego multum gnaro sermone iudicās, nihil causæ in hoc uiro obseruo, non unam occasionem oblatam inueni, & uetus uobis patrium solenne est, ut uobis uirum unum uinctum è custodia uocans, soluam: E quem uultis à me solutum uobis tradam, regem Iudæorum uinculis constrictum? Hæbræi uerò maxima & confusa uoce dicentes, clamauerunt: Non hunc de quo dixisti, sed Barrabam, qui erat latro, morti addictus.

CAP. XIX.

HT princeps ille uir, uehementer insanum clamorem oris stolidi audiens latronem inflagellatum, uinculis solutum, & non malleis designatum, populo præbuit, Christi autem corpus mutuis ictibus, horrido flagello cruentauit: Et mordax hostium exercitus Iesum habebat, & circumplicantes capita spinæ acutæ pungentes, corona spurium caput regis cinxerunt, & ipsum ueste sua exuerunt, & in corpus uestes rutilantes, scintilla Sidonij maris, indicia regni,

H ij & in

NONNI PARAPHRASIS

& in doloribus iniiciunt: & circumflexa genua, cū
 collo elato incuruātes, regē simulata appellatione,
 supplicationis præcone salutabāt. Et ibat alius post
 alium, manibus mutuis, summum maxillæ impetens.
 Et Pilatus uir celeris cōsiliij, extra domū pedibus re
 ducibus resiliit, & stolido populo dixit: Hunc uirum
 rursus ad uos foris educo, ut cognoscatis qd' ego cu
 ra, quæ reprehēsiōe obnoxia esse nō potest, iudicās,
 in illo nihil noui delicti cōperi. Et Christus pedibus
 impollutis extra prætorium progrediebatur, & co
 ronam acutis comis præditam, & de spina contex
 tam habebat, tum uestem purpuream sanguine con
 chiliij irriguam. Et Pilatus iterum populo æmula
 tione infecto dixit: Ecce uirum tergo cruento, Ecce
 uirum, in quem nulla culpa cadit. Et nefandi Ponti
 fices iuxta tumidi ministri illum intuiti, maxima uo
 ce adfremuerunt: Hic cruci suffixus sit, hic in altum
 subuectus, hic erectus sit, & manibus & pedibus
 ferreos stimulos gestans. Et Pilatus uocem pruden
 tem populis edidit: Vos quadruplici interitu hunc
 stringite, non enim ego uel unam mortis occasionē
 comperi. Et pontifices furore concitati, Pilato dixe
 runt: Circūfertur apud Hebræos lex patria, quam
 aliquando Legumlatores in librum retulerunt, &
 ueluti etiam lex scripta edicit: Hic uir morte, quam
 in poenæ uicē luet, impietatis ergo mori debet, quo
 niam ipse seipsum diuinum filiū semper uiuentis Dei
 patris uocauit. Et simul uir prudens iudex hoc au
 diuit, tremebat, & festinantibus pedibus aulam om
 nes re=

nes recipientem subiuit. Iesum porro secundum in-
 terrogabat sermone placido: Quis es? unde es tu?
 Et dominus mansuetū se præbens, oculos humi defi-
 xit, & Pilato soluto ore uerbis nihil mutui responsi
 dedit. Et pilatus uocem grauis iræ indicem emisit:
 Non me uerbis tuis uicissim dignaris? An non tibi co-
 gnitum est, quod geminū imperium mihi in te est, u-
 triusq; enim rei mihi facta est copia, ut uel te in cru-
 cem suffigam, uel si ita uolo, te dimittam. Et Chri-
 stus superbum multum arguens, ei dixit: Nullum in
 me ex teipso oblatum imperium obtineres, nisi è su-
 pernis gratis datum esset, cuius nomine uir, qui me
 capiens tradidit, maius peccatum committit. Pila-
 tus hoc secum reputans, Iesum indemnatum ex inte-
 ritu liberatum, dimittere promptus erat. At popu-
 lus strepitum sonitus incomprehensibilis, ore innu-
 merabili eboauit. Si hunc indemnem dimiseris, ami-
 cus Cæsaris regis, solum sceptro potiuntis, non fue-
 ris, omnis enim e mentito sermone, seipsum regem di-
 cens, hic e mentiti nominis assertor Cæsari Tyberio
 aduersatur. Et Pilatus sermonem auribus tremulis
 audiens, Iesum extra alia tecta duxit, & sedebat in
 loco Lithostroto, qui locus inde Græca uoce hoc no-
 mine appellabatur, quod lapidibus stratim munitus
 esset, in solo resonanti, qui sermone Syrorū Gabba-
 tha uocabatur. Erat uerò, cum Iudæi ea quæ supra
 dixi, dicerent, sexta aurora, quæ ante diem sabbati
 accidit, ac hora mortem accelerans, tertia porre-
 cta erat. Et Pilatus celer à loco bene lapidoso, He-

NONNI PARAPHRASIS

bræis clamârat : Ecce cominus uir stat rex uester,
 regium sanguinem ferens . Porrò populi à guttu=
 re similes uoces reddente intonuerunt : Hunc ca=
 piens , in crucem suffige , postrema quadam mor=
 te hic in altum erectus , à clauis feriens quadriugo
 uinculo lignæ mortis extensus pereat . Et Pilatus
 iterum populo spectatori dixit : Ego regem uestrum
 clauis perfossum , in lignum suffigens , morte , quæ
 pœnæ ad uicem ab eo expetitur , perdam ? Et Pon=
 tifices ore doloso exclamarunt : Non scimus nos a=
 lium regem desuetum habere , regem ultroneû , quẽ
 non Roma coronauit , præter Cæsarem mûdi pasto=
 rem perpetuum . Et Pilatus incomprehensibilem po=
 puli uociferationem audiens , Christum nolens uo=
 lens , iniuste morti tradidit . Et impudentes ponti=
 fices morte gaudentes , Iesum uoluntarij suscepe=
 runt , & mortales citò perituri , omnes simul Chri=
 sti immortalis interfectores facti sunt . Tũ ipse Ie=
 sus suam crucem habens , deposito terrore , ad mor=
 tem ultroneam profectionem instituebat , donec ad
 locum perueniebat , qui Caluariæ dicebatur , cogno=
 men habens à curuo Cranio : Adam primi hominis ,
 Syrorum os hunc locum Golgotha uocat , illic in=
 terfectores Christum supra terram euectum , in li=
 gnum quatuor laterum erectum , manus expansas
 utrinque ferreo quodam uinculo , ui quadam perfo=
 dentes extenderunt : tum simul extenderunt inflexi=
 bile uinculum interitus , non congruo clauo penetra=
 tum , duplex habēs cor , unum impetu perterebratũ ,
 quo pe=

quo pedes Christi simul constringerunt. Tum duos nocturnos grassatores, stimulis similibus in crucem ligatos, uno interitu vicinos inter se coniunxerunt. Porro Iesum in medium statuerunt, & Pilatus scripturam spectatoriam, quam latina uoce titulum uocant, teste clauo superscribebat. Erat uero scriptura hæc prudenti calamo efficta: Hic Iesus, hic Iesus Galilæus rex Iudæorum est. Et multū agmen Hebræorū peregrinū conspecto titulo, legit, & locus ille editus urbi uicinus erat, ubi Christum crucis laqueo cōstringerunt. Erat uero scriptura sensili pondere uenius manus exarata, lingua Ausonia, Syra, & uoce Achaica. Et pontifices simul conueniunt Pilatū precabantur: Ne scribe, ne scribe hūc regem Iudæorū, sed quia ille dixit sua uoce mendacula, ego Iesus Scepstriger, Dominus Iudæorum sum. Et Pilatus immites uiros arguens, sermonē dixit: Quod equidem scripsi, certò scripsi. Et ministri interitus Iesum in alto incōmotum in crucē ligatū, extense dirigentes diuinam uestē, regis diuini stantes diuiserūt, & super splendida tunica, quæ quidē tota & supernè & infernè incōsutilis texta erat, à ceruice ad talos prominens, sortem inter se sermone quodam unius soni colloquebantur: Ne nigrā hanc ueram tunicā diuinā, peregrinā formā persequentē scindamus, sed super illa digitos manus emittentes, procul emisso signo uictoriæ, omnes sorte minimè contentiosa uideamus, cuinam erit: ut sermo ille tandem uerus esset, quem diuinus canens, cythara canens dixit:

H iij

Mei

NONNI PARAPHRASIS

Mei graues interfectores, communes concertatores, inter se uestes meas distribuerunt, & sortes, quadam tunicam habendi libidine miserunt, donec uestes meae baiuli fuerunt. Et haec quidem opera exercitus uirorum illegitima designantium, effecerunt. Ceterum propter crucem conuenae erant socias, & Maria Christi Deipara, quibus simul illa aderat soror Maria illa, & eiusdem nominis. Erat uero & ipsa Maria Magdalena ad lachrymas prompta. Simul autem Christus Mariam Dei filium parientem uidit, & discipulum quem amore prosequatur, dixit sermonem matri: Mulier, uirginitatis studiosa mater, ecce filium tuum: & deinde dixit discipulo, Ecce mater tua uirgo, uirginitatis studiosa sine filio. Et post cursum illius, bene pedibus praedita hora, discipulus uirginem oppido doloribus adfectam, in iisdem aedibus, intra domum suam habebat. Et erat filius non satus matris, uir non thoro iunctus nulla reginae, nulla parturigine laborantis. Porro Iesus simul omnia praeterierant, sentiens, quia omnia celeriter perfecta erant, & ipse reliquias instantis termini celerius perfectas uolebat, dixit populo: Sitio, & in loco uicino, promptum erat uas aceto referatum, & uir quidam celeriter audito Christi uerbo, spogiam germen penetrantium subterraneorum maris implens, potus asperrimi & siticulosae salsuginis, imponens extremitati ultimae harundinis erectae, porrexit acetum interitus hyssopum temperatum, porrexit regi Christo pro melle manante, & candido diuino

diuino

diuino pane, porrexit regi Christo summum harundinis sublati, & spongiam errabundam per aërem in altum erigens. Sed cum Christus morti uicinus, acerbum potum, & siticulosam falsuginem excepisset, ultimo sermone dixit: Cōsummatū est, & caput inclinabat, & uoluntariē morti cedebat. Et magna insania perciti sacerdotes simul dies prænuntia feriarū, in quibus ouis maclabātur, ad ualde uersper tinam horam procederet, in domum gloriosi præsidis confluebant. Et conuenē Pilatum precabātur, ut Christi, & uirorum duorum cæca morte obeuntium & sic trium pedes, multum dentato ferro scinderentur, ne & corpora cruci affixa manerēt, quando septima lux appeteret. Erat enim illa aurora immensa in lege præcepta, illa inquā lux septimæ diei, quā honore ornare edocti erant. Et exercitus cæde crucētatus, prope ueniebat, & primi grassatoris iam tranquillī, in crucem suffixi, pedem geminum in alto extensum, ferro pœnam de hominibus sumente, dissecuit: alterius grassatoris nocturni, geminos pedes gladio scindens secundum latronem Christi conuiatorē acerba morte cōfecit. Porrò cum Iesum mortuum inspexissent, ueluti mortui pedes eius coniunctos, solito ferro non comminuit, sed incomprehensibilis saliens, lancea uentosa latus, quod omnibus curæ est, crudeli gladio pupugit: & latere geminis ictibus percusso, primum quidē sanguis effusus est, deinde uerò diuina aqua, & uir qui uidit, suo sermone testimonium inconcussum confirmauit: & com-

pertum

NONNI PARAPHRASIS

pertum habemus, quod uox optimi illius animi, &
 diuina & uera sit. Ceterum hæc omnia facta sunt,
 ut sermo stabilis esset, quem cantus mel spirans, di-
 uina cythara corporis illæsi prænuntius dixit: Nul-
 lū os ex illo seiunctum & cōminutum erit. Et alius
 sermo fertur uir diuinus dixit, uidebunt illum quem
 uulnerarunt, qui quidē sermo tandē mutuam pœnā,
 stimulis plena lancea irrogat. Et Ioseph deinde la-
 tens Iudæorum metu percussus, Pilatū rogabat, qui
 quidem & ipse improuisus Christi cupidus audiēdi
 discipulus erat, ex ore diuino, prudens & fidele lac-
 emulgens, hic uadens, & domesticum genu flectēs,
 præsidem petebat, ab illo mortuum diuinum petens,
 & hic gaudens, mortuum semper uiuētē, baiulo di-
 uino dedit. Tum Ioseph ad mortuum pede tacito ue-
 nit, & prope crucem in alto suffixum euectus, biu-
 go acuto uinculo præmunitum soluit, & uir sub ue-
 sperum ueniens, mortuum stantem demisit, attollens
 pondus positum in humerum deum excipientem. Ve-
 nit & Nicodemus, qui noctu ad domum Christi ob-
 seruabundo pede uadens, uenerat, odoram Mirrhā
 adferens, & ex hortis rubicundis germē arundife-
 rum arui, aloes indicæ ad libras, ut mēsurā quadam
 usitata uocant, cētum, præter hæc. Et hi corpus mor-
 tui, manu candidis linteis obuinxerunt, & multū ne-
 xili & odoro uinculo, ut mos erat Hebræis, leges se-
 pulchrales seruare inuoluebant. Porrò illic in loco
 quodam edito sepulchrum erat, ubi Christum crucis
 uinculo colligarūt, sepulchrum inquā, in ualde am-
 plo &

plo & profundo saxo sculptū totum, nuper factū:
 in sepulchro uerò lapidoso nōdum mortuus harenā
 superfusam adeptus, positus fuerat, sed hortensis
 plantarum aura, locum puri sepulchri perflauerat:
 hinc Ioseph misera faciens, Iesum suo ipsius hu-
 mero delatū deportauit, & mortuū nō manētem in
 lapideā humi dormitionē, mortuū semper uiuētē
 intra sepulchrū ad triduū manentē posuit, ad monu-
 mētū suis radicibus nixū, rē remotis testibus faciēs.

CAP. XX.



Nimvero cum aurora præuia sabbatum
 recursū, & uicinam noctē horæ obser-
 uabundæ ferens, aduenisset, & Ioseph
 cōprehendi nolens, clanculum in domum iterum cō-
 ceßisset, post accelerantem unam auroram, post sab-
 batum Maria Magdalena in lachrymas prompta,
 prope sepulchrū matutinū uestigium flectebat, quā-
 do stella matutina noctu uisa insignita, adhuc tene-
 ra umbra circumscrip̄ta, prodierat, & uidit lapidē
 immēsū (pondus telluris) in solo uolutum à ianua,
 à Iudæis facta submotum, & sepulchrū uacuum,
 ubi Ioseph graui pondere lassatus, Iesum modica &
 harenosa humi dormitione reposuerat, illic mulier
 nocturna pedes ponebat, & circa sepulchrū unguē-
 tum luctus ille tamentum habebat, & solitariā humi
 dormitionē cōtigit, satagēs mortuū miserū ungere,
 sed ipsum nō deprehēdit. Proinde festināti calceo re-
 dux in domū uenit, & nūtiū de uacuo sepulchro, tū
 Petro māsuētis moribus prædito, tū alteri qui cū il-

NONNI PARAPHRASIS

lo conuersabatur discipulo, quem dominus amore
 prosequeretur, una uoce dixit. Petrus uero, ubi hoc
 audiisset animo sumpto, planta pedum concita, &
 ductrice ex ædibus salit, & alius discipulus eum se-
 cutus est, ut ad monumentum uno cursu ambo curre-
 rent. Et Simon anteuertens discipulus, pedibus uen-
 tosis præditus, Petro festinante celerior uenit, &
 prope stans, in sepulchrâ prospexit, & intra sepul-
 chrum cucurrit, & diligenter oculis uacuum sepul-
 chrum lustrans, iuxta linteamina niuea supra terrâ
 posita, sed intro non iuit, quâuis celer uiam carpens
 uenerat. At Simon posterior pedibus secutus uenie-
 bat, & celer in monumentum contendebat, & super
 nuda terra coniuges lineas tuniculas inter se posi-
 tas sensit, & cingulum uinculum quoddam capilli-
 tij capitis, quod peregrina uox Syrorum sudarium
 uocat. Et reperit sudarium illud, non quidem cum se-
 pulchralibus linteaminibus depositum, sed solū seor-
 sum per se, in uno loco simul conuolutum. Deinde di-
 scipulus qui primus ad monumentū uenerat, & tar-
 dus in sepulchrum lapidibus sectum ingrediebatur,
 & uidit lapidem ualde mobilem, congruentem hia-
 tui sepulchri, foris supra amplam sepulchri ianuâ,
 ut firmamētum positum uidit, & capillorū fascias,
 & uestes humi iacētes, & quod è terrestri sinu mor-
 tuus ille, celer in cœlestem regionem subuolasset, cre-
 debat: Nondū enim duo Christi discipuli edocti erāt
 quod celer à morte uacua reditu terra relicta, ad
 tres dies excitabilem somnū capeßens, redux è mor-
 tuis

tuis in polum astrorum, resolutio uinculo mortis non
cedentis conculcato, rediturus esset. Et sodales spe-
ctatores graui stupore correpti, instabiles in suas
ædes se recipiebāt, relictæ extremitate strepitus ca-
rente sepulchri illamētabilis. Et Magdalena mulier
effundēs calidum luctuosi aspectus imbrem, ad mo-
numentum sola relictæ erat, lugens uiuentem, & dū
adhuc sic lachrymaret, per ualde lucidam ianuā lo-
quentem mortuum prope existentē existit, iuxta an-
gelorum iugum, Vnum quidem à dextris, ad summū
caput Christi, recta uersum referentem maiorem
splendorem uultus diuini: Alterum iterum ad pedum
locum, ubi mortuus mente præditus erat, reddentem
niueas tunicæ scintillas, utrique ergo in sepulchro
mulierem interrogabāt: Ecquid mulier ploras? Ma-
ria autem sermone respōdebat: Quod aliqui ræpto-
res uiri clam regem meum noctu prædati sunt, ego
uerò exploratum habere non possum, quorsum nam
ipsum transtulerunt. Et illa reuersa, Iesum sensit, cu-
ius uicem plorabat, stantē uerò uidit, sed non cogno-
scebat, quòd uir ille ad diuinum sepulchrum stans,
Christus esset, & Christus uir ille peregrinus, ueluti
per hortum iter faciens, dicit. Mulier, quid ploras?
Et uir ille mulierem querulam interrogabat: Et quē
queris? Maria uerò in uocem erupit, se hortulanū
uirum uidere putans, Si tu mortuum intra caligino-
sum sepulchrum positum sustulisti, dic quonā trans-
tuleris, ego quidem ipsum hinc tollam. Porrò Iesus
ualde clara uoce respondebat, & Mariā in clama-
uit.

NONNI PARAPHRASIS

uit. Tum illa conuersa dixit: Rabbi, & deus impedi-
 uit Mulierem, uolentem dextra uestem attingere. Et
 ei Christus sermonem dixit: Ne attinge meam tuni-
 cam, nondum enim à morte ad patrem meum redij,
 sed fratribus meis discipulis dicito: Vado ad patrem
 meum, & patrem uestrum, & deum uestrum, & deum
 meum postliminio redeo. Et Maria auolauit, & om-
 nibus undecim discipulis, in domo quadam uersanti-
 bus teste uoce sermonem dixit, quòd membra nuda-
 ta terrestri tunica, tum quòd Christum resplenden-
 tem diuina quadam ueste uidisset, & quòd hæc om-
 nia fundens, splendorem ob oculos ei dixerit. Cete-
 rum cum caligo totam caligine obductam terram de-
 nigraret, & immobilia repagula ianuas occlude-
 rēt, ubi discipuli illatebrantes stabulabātur, Iesus nõ
 aliter atq; pēna, aut cogitatio p̄ aërem delatus, mi-
 xtus discipulis, in medio stetit, & dixit: Pax uo-
 biscum alatur. Et simul hūc insperatum & celerem
 sermonem dixisset discipulis simul congregatis, pe-
 des & manus clauis transfossas, iuxta latus faucium
 ostendit. Et socij sero tandem uiso Domino, rursus
 gaudio perfundebantur, & rex illis iterum arguto
 sermone dicebat: Pax rursus uobis sit, & ut pater
 meus me in quadriugium mundum misit, ita & ipse
 uos mitto. Dixit, & emittens flatum ex ore immor-
 tali, aperto labro uiuifico, dixit discipulis: Accipite
 mundum spiritum, & quibus hominibus in terra im-
 pietatis simul & à uita errabundum pondus neces-
 sitatis remisistis, illorum peccati solutio in cælo æ-
 ternæ

terna obliuioni mandabitur: quibus uero mortali-
 bus peccatricem noxam constrinxeritis, illorum fa-
 eta uitæ scelerata uinculo constricta manent. Enim-
 uero Thomas nuper uisus, solus à sodalibus in con-
 clauis confidentibus aberat, quando Iesus dominus
 per aërem uëto delatus, ad omnes uenit, uiam remo-
 tis testibus gradiens. Et discipuli spectatores dix-
 erunt ei quòd dominum uidissent: hic uero audaci la-
 bro aperto sermonem incredulum dixit, quando ser-
 mone ad credulitatem tardo maiorem, & inflexibi-
 lem testimonij persuasionē inquirebat, Nisi manus
 uidero, & summum digitum ferro grauatum, in for-
 mam acute penetrantium clauorum fixero, tum ma-
 num per latus cauum misero, non unquam credide-
 ro. At discipuli de deo confabulantes, post lucem se-
 ptimæ aduenæ auroræ, omnes intra abditam domū
 in orbem erant, horrido Iudaicarum minarum timo-
 re perculsi, & Thomas ille simul cōgregatis quoq;
 contubernalis confedebat, Thomas inquam, quem
 didymon seu binominem uocarunt. Tum Christus
 improuisus, nullis alis præditus, uëtosa planta in do-
 mum insiliens, in medio sodalium prope adcurrrens,
 apparebat. Et rursus tertia solita uoce dixit: Pax
 rursus uobis. Et ad unum omnes missos faciens,
 Thomam è regione euntem, teste sermone alloque-
 batur: Cedo mihi huc amice digitum tuum, ut illum
 in formam clauorum acute penetrantium, testem sine
 controuersia uerū immittas, & utrinq; manus meas
 uide. Tum dexteram manū suam ipsius nūtiā in ei
 catricem

NONNI PARAPHRASIS

catricem lateris mei extende, & tum pectus incredu-
 lum remitte, & duplo maiorem fidem in me colloca,
 ut qui & uideas & palpes. At Thomas uir poste-
 rioris consilii, uocem mutuam rupit: Dominus meus,
 & Deus meus, Et ipse Iesus Didymi diuersi consilii
 mentem arguens dixit: Credis cum me uideris, & o-
 culis persuasionem indueris, sed magis illi beati, qui
 non uidentes, maiorem fidem adhibent, & aspectum
 nō desyderant. Multa alia signa coram prudētibus
 sodalibus Iesus perfecit, multifaria signa ostendens,
 quæ quidem hic testis ueritatis in diuinum librum re-
 tulit, qui inquam, hæc omnia exarauit, uoluntario si-
 lentio intacta reliquit. Hæc uerò omnia, teste scriptu-
 ra exarata sunt, ut fidem uitæ seruatorem habeatis,
 quod Christus Iesus est filius patris semper uiuentis
 Dei, & ut uobis credentibus gratia cœlestis imperii,
 sit retalio æterna uitæ diuinæ.

CAP. XXI.

Tertium, diuinam formam suis discipulis
 Christus manifestauit, trans minime si-
 lens mare Tiberiadis. Sic uerò formã in-
 tra abditam domum manifestauit: erat Pe-
 trus, cui prius Simon nomen erat, & sapiens Andre-
 as, qui Petri germanus frater existebat, & asperi
 duo filii matre insequentis Zebedæi. Tum Thomas
 binominis cum illis erat: Aderat autem ipse Natha-
 nael, aliq; duo Deo credentes uiri, & ipsis congre-
 gatis, Simon retium lineorū plicator dixit: Vado ad
 piscosam solitam capturam. Et alii conueniunt pesca-
 tores

tores dixerunt ei: Et nos conueniē uniuersi ad fun-
 ctiones piscosas maris fusilis concedimus, & ex edi-
 bus effusa fuga fluebat, & prope os maris nauē in-
 scendentes nauigabant, & uniuersum agmē per to-
 tam noctem manibus in mari occupatum, nihil com-
 prehendere potuit. Et Simon rursus oppidō discru-
 ciabatur animo, subuentaneum rete utrisque mani-
 bus trahens. Et cum aurora roseis splendoribus ca-
 liginem dispulisset, Christus ad ualde calculosa lit-
 tora maris stabat, matutinum & peregrinum ue sti-
 gium ad solitum stagnum, non aliter ac edulij mari-
 ni cupidus flectens. Neque uerō discipuli uidētes co-
 gnoscebāt, quōd Iesus cominus esset, & solito pis-
 catores in udo uitā traducētes interrogabat: Adfer-
 tis filij maris ministri, nauigabilia maris ampli ciba-
 ria? Discipuli autem respondentes, sibi aliquid ci-
 bi suppetere negarunt. Et rex respondebat sermo-
 ne: Immittite procul emissa retia in mare pisciū ia-
 ctu fœlix, immittite inquam, in dextera uicina par-
 te nauis paratæ & ductilis, & immissis lineis reti-
 bus, ineffabilem copiam marinam, suapte sponte uo-
 lubilem, pisces uidelicet intra secessus maris placidi
 aspectus salientes cœperunt, ut uix robur eis suppe-
 ditaret retia humida trahere, propter profundum
 & multum capax onus multitudinis piscium. Et di-
 scipulus quem dominus amore prosequēbatur soci-
 us, Simoni humido maris profundi rimatori dixit:
 Ipse rex hic est. Et hic Simon, scilicet cominus pro-
 pe ruens, uentrem indumento uario cinxit, & linea

ueste

NONNI PARAPHRASIS

ueste multum foraminosa corpori applicuit. Tum
 marino circumiectamento nates inuoluens, pelle ui-
 delicet, quam suspensam in plicas geminorum fœ-
 morum, umbraculum membri uirilis ab oculis remo-
 ti, piscatores gestant. Nudum enim habebat corpus
 cum in littus rete traheret, & celer in mare ruebat,
 & solitum mare sulcans, manibus remigans, caput
 in altum tollens, pedibus mutuis aquam secundam
 impellebat. Et ipse quidem prope ripam uenerat, sub-
 iens littus Deum suscipiens, ubi Iesus manebat expe-
 ctans eum. Alij uerò sodales ad unum omnes, una na-
 ue appulerunt, trahentes in aquis sequētia retia ca-
 pturæ, non enim nauigatio illorū in mari facta, ual-
 de à terra aberat, sed ducentis cubitis impetu flu-
 ctus auræ uehementer spumam in littus intrudebāt,
 adeo ut uicinum littus spuma ualde conspergeretur:
 & ut terram tetigerunt in littore siticulosi maris,
 pyram marcescentem flammeo uapore uiderūt, &
 super carbonariam in alto piscem, iuxta panem re-
 centem positum, & imperabat rex discipulis: Ad-
 ferte nunc ex alia captura piscium in profundo ma-
 ris latentium, quos quidem ex penetrabilibus maris
 monstra producentis extraxistis. Et Simon saliens
 pedibus humidis, mare inscendit, manibus æquo ro-
 bore præditis, rete in terram trahens, rete inquam
 piscium magnorum & salientium celeri agitatio-
 ne. Et Simon premebatur tergo incuruato, undique
 centenariam turbam humidi gregis trahens, quibus
 simul connexis alij piscatores cum tribus quinquaginta

ginta

ginta adueniebant, & linum tot pisciū uectura gra-
 uatum in mari non scindebatur. Neque tunc aliquis
 uir ex sodalibus, qui ad eum simul uenerāt, oculis in
 faciem coniectis, Deum præsente obseruans, ausus
 fuit Dominum interrogare, quis es? Nec Simon au-
 dax quanuis Dominum interrogabat, prope cogno-
 scēs, quòd Dominus Iesus esset. Et rex illis ualde ma-
 gnum piscem ferens, apposuit piscem & panem re-
 centem, & imperabat discipulis suis: Venite iterum
 in orbē unius mensæ, edite assatum & inopinatum
 tum solitum maris cibum. Hac tertia uice alia Ie-
 sus omnibus discipulis ostendit se, quòd redux è mor-
 tuis, terrestres recessus terræ reliquisset. Et hoc fa-
 ctum est trans mare solitum, pisciculis refertum Ti-
 beriadis, ubi cum discipulis epulas attigit, & ad us-
 num omnes missos faciens à piscosa cœna indiui-
 sæ mensæ, Simoni proximo diuinam uocem extulit:
 Me magis quàm uniuersi sodales mihi iuncti, amo-
 re prosequeris? Et dixit ei Petrus: Certe Domine,
 & tu quidem in mente nosti, quantum te amem, nec
 sermone amor erga te meus opus habet. Et rex Pe-
 tro diuino ore iniungebat: Pasce mihi tua minimè
 taciturna uirga mēte præditas oues. Iesus uerò rur-
 sum Petrum uoce interrogabat: Simon ex Ioannis
 genere pulchris liberis abundāti, me solum magis quàm
 sodales simul iuncti amas? Et Simon secundum regi-
 mentū aperiēs, humani gregis piscator dixit: Certè
 rex, tu quidē meo mētis testis es, & tibiipsi cōpertū
 est, quòd ego dulci & ineffabili amoris philtro erga te

NONNI PARAPHRASIS


correptus sum. Et rursus rex prudēti Petro dixit:
 Pasce intellectu prāditum gregem ouium mearum.
 Et Iesus rursus solita uoce Petrum alloquitur: Simō
 fili diuini patris Ioannis, tu multo maiori desyderio
 mei ardes quā alij? Et audax Petrus dolore discru-
 ciabatur quod Iesus eum tertium interrogasset, me
 magis quā mei sodales, eo quo liberi erga parētes
 adfectu incitantur amas? At Petrus tristi uoce Iesu
 respondebat: Omnia tu nosti, quaecunque o rex mun-
 di curo, & scis indissolubile uinculum meae erga te
 amicitiae, scis quā te amem. Deus uero responde-
 bat sermone, Coelesti uirga pasce oues & agnos. O
 Petre, dum adhuc iuuenis eras, tuo ipsius cingulo te
 cingebas, & pedis uestigium flectebas, quō ire lu-
 bitum erat: iam uerō ingrauescente senio, manum
 tuam necessario extendens, & immisericordes alij
 uiri te circumligabunt ducētes in locum, quem ani-
 mus tuus non expetit. Dixit gnara uoce mortis finē
 uaticinans, nimirum qualem mortem Petrus obiens,
 regem honoraturus esset. Et deus Petro sapientiae
 pleno dixit: Pasce librorū floribus agnos meos pru-
 dentes. Et dixit ei Christus: Assequere. Et tunc ua-
 dens Simon uarij consilij uir obuertebat orbem oca-
 lorum conuersorum, & uidit discipulum planta se-
 quentem, quem dominus amore prosequabatur, qui
 & rege diuino conuiuium instruente transuersus, su-
 per pectus lapsus, sermone audiendi cupido, Iesum
 gnarum interrogarat: Quis est uir, qui te deo infen-
 sis Iudaeis tradet? Hunc Petrus tunc uidens sciscita-
 batur,


batur, Ecquid hic meus cōcertator faciet? Rex uero
 Petrū obiurgauit sermone: Si ipsum, donec uenero,
 cupio manere, hic hoc quid ad te pertinet? tu me se=
 quere. Et hic sermo gloriosus ex sodalibus notis, clā=
 destina uoce euulgabatur, quòd ille & inuincibilis,
 & communis mortis finem uisurus non esset. At Ie=
 sus non dixerat, non uita priuabitur, sed hoc solum,
 si ipsum adhuc hic uolo manere, dum redeo, quid ad
 te pertinet? quid rogas? Hic Christi familiaris disci=
 pulus, qui oculis & uidit, secluso errabundo auditu,
 is diuinorum operum testis est, & uidens quidem
 hæc omnia, in diuinum librum redegit. Et hic ueri=
 tatis testis, alia multa miracula, quæ quidem Chri=
 stus fecit, prudenti silētio ob signauit, si uir mortalis
 singulatim in orbem quæcunque Christus mi=
 racula fecit, exararet, non spero ipsum
 mundum pulchriorem, immen=
 sum, tot libros recens fa=
 ctos ferre posse.


Lib. Coll. soc. J. Paderborn. a. 1611.


FINIS.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a continuation of a document or letter.













5



Th

5834